

ORDO ET METHODUS

cognoscendi & curandi

CAUSUM,

DIVINA ADSTANTE GRATIA,

PRÆSIDE,

NOBILISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO,

GUERNERO ROLFINCIO,

PHILOSOPHIÆ, MEDICINÆ DOCTO-

RE, PROFESSORE SENIORE, AC DECANO

SPECTATISSIMO,

PATRONO SVO SUBMISSE

ADMIRANDO,

PRO LICENTIA

SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES PRI-

VILEGIAQUE DOCTORALIA SOLEMNI-

TER CAPESSENDI,

philiatris examinanda proposita

ab

AUGUSTINO HENRICO FASCHIO,

Arnstadiâ-Thuringo.

ANNO MDC LXV.

JENÆ, LITERIS NISIANIS.

athol. spec.

988, 26

Mb. per 289

ORDO ET METHODUS

GUASTINO

PROFESSORIS

PHILOSOPHIAE

PATRONE

PROFESSORIS

STIMOS IN ARTE MEDICA

VILLEGIOQUE DOCTORIA

PHILOSOPHIAE

GUASTINO

ANNO

JENAE


SERENISSIMO.
AC.
CELSISSIMO.
PRINCIPI. AC. DOMINO.
DOMINO.
BERNHARDO.
DUCI.
SAXONIÆ. JULIACI. CLIVIÆ.
AC. MONTIUM.
LANDGRAVIO. THURINGIÆ.
MARCHIONI. MISNIÆ.
COMITI.
PRINCIPALI. DIGNITATE. HENNEBERGIÆ.
COMITI.
IN. MARCA. ET. RAVENSBERGA.
DYNASTÆ. RAVENSTENI.
PRINCIPI. AC. DOMINO.
SUO. CLEMENTIS-
SIMO.
CUM.
HUMILLIMA. DEVOTIONE!
SALUTEM!

SERENISSIME

AC

CELSISSIME

PRINCEPS.

 Erenitatem tuam gra-
vibus meditationibus &
negotiis implicitam
quod interpellem, & ad sacra-
tiorum curarum penetrale le-
vidense scriptum hoc devol-
vere audeam, non deerunt for-
tè, qui mirabuntur.

Do-

Domus Saxonica ferenssi-
ma, antiquissima, sacri ignis,
hoc est, religionis & sinceræ
doctrinæ custodiâ com-
mendatissima, magnæ fortu-
næ præfidiis atque ornamen-
tis instructissima, omni regnan-
tium arte excultissima, ma-
gno imperio dignissima, ad-
mirationis publicæ radiis ful-
gentissima, deterrere me de-
berent ab hâc audaciâ potius
& præsumptione, hominem
umbraticum, sacris Asclepia-
deis vix initiatum, imò leviter
nectareo artis fervandorum
hominum succo imbutum.

-910

a 3

Eri-

Erigit verò me , & quasi
ligula in nauticâ pyxide ma-
gnetico influxu irradiata , ad
se trahit Tua cum Celsitudine
certans humanitas , quâ me
clementissimo mandatu , cum
hinc ab anno , & quod ex-
currit , malignæ febres in au-
lâ tuâ caput exfererent , ea-
rum curationi præesse volui-
sti , quod quidem , præfisci-
ne dicam , feliciter succesfit,
ut nullus decumbentium , qui
medicis consiliis morem gessê-
re , tum fati concesserit, sed
omnes fidelissimi oculis adhuc
observentur ministri.

Cle-

Clementissimæ tuæ mentis
benignitatem ingrato non pos-
sum præterire silentio, quod
me indignum tuo volueris ad-
sistere lateri, sicubi vel Tuæ
ipfius, vel Serenissimæ Con-
jugis, vel Principis delitiosis-
simi valetudini aliquod immi-
neat naufragium.

In gratitudinis monumen-
tum, ne cum benè factis lau-
dationes exarescant, offero
levidense literarium hoc mu-
nusculum, & cum eò me to-
tum. Molâ falsâ lito, cum
thura non habeam.

Sit porrò Serenitas tua mi-
hi

hi asylum bonæ spei, & rei
promontorium.

Supremæ perennitatis arbi-
ter DEUS concedere dignetur
vitam prolixam, imperium se-
curum, senatum fidelem, popu-
lum probum, & quæcunque ho-
minis sunt vota & principis.

Dabam in Athenæo Salano.
ANNO M DC LXVI Februarii
Idibus.

SERENITATIS VESTRAE

subjectissimus

AUGUSTINUS HENRICUS FASCHIUS
Medicinæ Doctorandus.

I.



ORDO ET METHODUS
COGNOSCENDI ET CU-
RANDI

CAUSUM.

CAPUT I
continet præloquium.



Supendum sanè horrendumque naturæ mi-
raculum, cum è rupto montis vertice ingens eja-
culatur flammaram incendium.

Campania, felix illud ac beatum amœnitatis
domicilium, & Paradisus Italiæ, per varias ætates
& repetitas vices hujusmodi genus calamitatum,
passa est, quæ, ne perfectâ beatitudine fruatur,
hujus timoris frequenter acerbitate concutitur. Dulce ergò &
amarum unâ miscentur ipsi.

Vesuvius, mons hujus regionis famosissimus, Nolæ fluvio
vicinus, horrendum in imis visceribus alit monstrum, omnibus
post exclusionem incolis sævam minans tyrannidem.

Mirandum sanè, montis hujus radicem mirâ agri fertilitate
esse conspicuam, fontes etiam frigidissimos exhibere, frutices ale-
re umbrosos, qui contra fervorem solarem quiescentes amœnâ
tuentur gratiâ, & vel ventulo impulsî à nimio æstu languentia ho-
minum reficiunt corpora. Vertex contrâ magnâ sui parte
planus habetur, sed totus sterilis & aspectu cinereus est, cavernas

A

osten-

ostendens fistularum & lapidum colore fuliginoso plenas, utpote ab igne exesorum. Hic nonnunquam mugitu & vario sonitu præmissis exardescit, ab igne exsucta evomens viscera, fulgetras, cinereos globos longè latèque effulminat, ignitosque lapides varii generis protelat, maximo cum vicinorum locorum hinc indè inflammatorum dispendio.

Emittit ulteriùs torrentes aquarum ferventium, nigrarum, tetricæ odoris, Æream & bituminosam mixtionem redolentes.

Plinius, naturæ scrutator solertissimus, ardore nimio flagrans, dum ob causam hujus incendii perlustrandam incautiùs accessit, à fuligine & crassiore caligine suffocatus, Libitinæ censum solvit.

Causam rerum naturalium mystagogi igni attribuentes macrocosmi subterraneo, qui uti thermas producere, aquas ferventes reddere, metalla excoquere, liquare & in grana redigere potest: ita in cavernosis terræ anfractibus ventorumque crebris aflatibus nonnunquam ob sulphur ac bitumen copiosè ibidem hærens accendi & rupto carcere modò flammam, modò fumum eructari illum posse statuunt.

Verùm enim verò quæ macrocosmica, eadem planè sunt admiratione digna microcosmica, corpori humano quæ contingunt, incendia.

Sævissimus calor febrilis ipsum repræsentat Vesuvium ignivomum. Calidum nativum ignem refert subterraneum, putredine, vel nimio motu, vel transpiratione per poros constipatos impedita, vel rei calidæ accessu, in sede suâ, sanguinis officinâ, nitroso sulphure repletâ, accensum, varii generis microcosmici producit incendia.

Ephemerarum fumigantes nonnunquam excitat spiritus; sæpiusculè concitatiore motu flammam è biliosorum humorum, qui Æris locò sunt, corruptelâ & incensione ardentes, caustos, aliasque *Φλογώσεις* protrudit contumacissimas; quin imò globos cinereos igneosque lapides ejaculari videmus, dum ægri morbillis, variolis, parotidibus, bufonibus, carbunculis &c: graviter deprehensi jacent; incinerationem & exiccationem verò intensiori motu agitatus

gitatus calor in hecaticâ partes corporis extremas consumendo exprimit manifestissimè.

Vesuvius non continuo furore ejicit flammam, sed diversis temporibus modò fumum protrudit, modò ignem evomit. Ita febres quædam remissiores existunt, & certum paroxysmum patiuntur, quædam continuò comburunt igne corpora. In illis ἀπυρεξίας tempore flamma penitus interdum extincta conspicitur, quæ tamē Διὰ τὴν ἀδύναμιν ἔμφορῆς, ob imbecillitatem partiū περιττώματα, excrementa non prorsùs ejicit & discutit, aut novâ generatione novos excitat paroxysmos: Vel, secundùm Harvejana principia, ob μίαια, dùm cum sanguine circulato ad centrum à peripheriâ reducit, vires denuò suas recipit, & paroxysmum reiterare potest.

In his ardore inextinguibilique siti continuò macerantur ægroti; interdùm tamen ad ὀδύνην cum venerit febris, ob symptomata aliquatenùs mitigata optimâ reconvalescentiæ spe, frustraneâ tamen medicum lactâsse sæpenumerò observatum prostat.

Stupenda itaque incendia hæc microcosmica, admiranda eorum natura.

Ardens febris præ reliquis jam adducenda in scenam; hæc suam præteritâ hyeme abundè exercuit malignitatem, hodieque commiserandas exhibet tragædias, Turcarum erga Christianos ostendentes crudelitatem.

Hinc auctoritate Illustris Medicæ Facultatis, Disputationis Inauguralis locò, FEBREM ARDENTEM ejusque genium ad examen incudis proponere, simulque præsidia, quæ DEUS Triunus ad extirpationem hæc in vitâ nobis mortalibus concessit, adjungere jubeor.

Sancta TRIAS benedic hisce laboribus clementissimè, & porrò nostris actionibus adde FELICITER.

C A P U T II

definitionem ὀνομασίῳν adgreditur.

Disputatio nostra ut ordine & methodò certâ & eleganti pertractetur, omnium maximè necessarium esse putamus, ut sub

4.

huius fronte FEBRIS, quã de dicturi sumus, ARDENTIS Δι' ἄγνω-
σιν præmittamus.

Huic meritò primus debetur locus; sine hãc nequè essentia,
nequè idea rei p. n. potest enodari.

Ut igitur præcepta & vestigia majorum legamus, monet Gale-
nus *i. meth. med. cap. 5.* τὰτα γὰρ χρὴ μάλιστα καὶ πάσας τὰς μεθόδους
αὐτέχεσθαι, ἔγυμνάζεσθαι κατ' αὐτὰς ἐπὶ πολλῶν πολλάκις προβλη-
μάτων μικροτέρων, πρὶν ἐπιχειρεῖν τοῖς μείζοσιν. ἢ δ' ἐν ἡμῖν ἀρχὴ
τῆς ἀληθείας ἐστὶν διδασκαλία. *Id tenaciter in omni methodo servari oportet, ut in eâ te multis sæpè levioribus problematis prius exerceas, quam in majoribus manum admoveas. Hoc igitur nobis vera disciplina principium esto.*

Ipsam CAUSAM disquisitionis incudi antequam subjiciamus,
iterùm notandum ex Galeno *4. de pulsuum differ. cap. 2.* δύο γένη τὰ
πρῶτα τῶν ὀρισμῶν, duo summa definitionum esse genera. Una defi-
nitio ὀνοματώδης, altera est ἔσιώδης, nominalis, ἣ quæ ipsam rei essen-
tiam declarat. Prima necessaria est. ἢ δὲ γὰρ ἀρχὴ τῆς παιδείας ἢ
τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις, principium enim doctrinæ est nominum inquisi-
tione.

ὈΜΩΝΤΜΙ'Α, vocabulorum illa penuriæ filia, nisi probè eno-
detur, errorum mater est variorum.

ΚΑΤΣΟΣ Græcum est vocabulum. Τὰ καυστικά pro febre
ardente familiare est *Cos i. prorrhetic. t. 29.* Καυστικός, causo laborans
7. epid. t. 88. ὁ παρ' Ἀντιφίλου σιγματίας καυστικός, servus apud Anti-
philum febre ardente laborans. Καίεσθαι, ardere, dicuntur illi, qui su-
prà modum calent, & intus uruntur, juxta Hippocr. *4. aphor. 48.* Id
Galenus in comm. solis febribus ardentibus & malignis attribuit.

Apud Plautum in *Trinummio*, servus, qui Philtroni persuadere
studebat, ne agrum quendam pro dote caperet, multas agri pessimas
enarrans conditiones, inter alias hanc ponit: Tum autem
Syrorum nemo extat, qui ibi sex menses vixerit, ita cuncti SOLSTI-
TIALI MORBO decidunt. Turnebus pro solstitiali morbo ardentis-
simas intellexit febres, quasi illæ sub solstitio maximè versentur.

Ipsam Causi nomen est ὀμῶνυμον & æquivocum. Denotat
v. serpentem, διψάδα dictum, qui ob maximam sitim demorsosne-

cat, autorem *Stephano tomò 2. thesauri græcæ linguae pag. 177.* Deinde morbum febrilem notat in genere omnem, qui à putredine bilis oritur, ex mente *Galeni lib. 2. de crisi bus cap. 6.* qui continuam febrim, quæ ex flavâ bile oritur sine visceris alicujus malô, causum, exquisitum vocat. *Intermittens etiam 4. vict. rat. in acutis, comm. 1. 1. 11. & libr. 2. de different. febr. 3.* causi nomine honoratur.

Synocha putris à *Galeno* ἡ καύσος nomine comprehenditur tam sanguinea 1. *apb. 23. & 2. de cris. cap. 6.* ubi has febres ex maximè deurentium genere asserit, quàm BILIOSA.

Imò nonnunquam latius extenditur CAUSUS ad quamcunque febrim. Ita sumit vocem καύσων *Philosophus in problematibus.* Inprimis tertianam continuam, cui valdè est ὁμογενής, hōc dignantur nomine.

Nos ab antiquitatum & artium magistris optimè informati scimus 1. καύσων non esse febris aliquam differentiam certam, quales sunt biliosa, pituitosa, melancholica, sanguinea; verùm MODUM potius seu gradum caloris summum & continuum notare, distinctum tamen à prioribus, in specie autem à tertianâ continuâ. 2. Nomen *causi* non est simplex, sed per homonymiam πρὸς ἓν ἀφ' ἑνὸς, de pluribus febribus dicitur, non tamen priori ratione, sed de multis κατ' ἀναλογίαν, & hæ καυσώδεις, *ardentis naturam referentes* potius dicuntur, ut tertiana continua; imò non tam morbi speciem, quàm gravitatem indicat. 3. Illa ardens propriè dicitur, quæ inseparabiliter duo habet signa, θερμασίαν διακαήν, ἀπαιυτήν δὲ δίψην, *calorem urentem & sitim inextinguibilem.*

EXQUISITUS est CAUSUS, cui hæc adsunt signa, ea autem est ut plurimum à BILE, & ὀξύτατῃ καὶ καυσώδεσσι πυρετὸς, *ardentissima & acutissima febris* adpellatur à *Galeno 3. de crisi bus cap. 3.* MINUS EXQUISITUS est, qui à cacochymiâ biliosâ cum putredine pituitæ, vel à pituitâ falsâ putrescente solâ concitatur, & signa habet mitiora.

ΣΤΝΩΝΤΜΙΑ, quæ rei evidentiam illustrat variorum nominum appositione, non prætereunda. Græcò idiomate vocatur καύσος. Πῦρ quoque simpliciter in *Coi* indigitatur monumentis.

A 3

Lati-

Latinis vocatur *febris ardens*, κατ' ἐξοχλῶ ita dicta à perpetuò illius incendiò, & *Febris flammosa* à Cælio Aureliano lib. 2. acui. 32. Barbari Causonidem vocant. Germani Das hitzige Fieber / Die hitzige Haupt und Ungarische Kranckheit appellitare solent.

Symptomatum ratione varia suscipit nomina, & nonnunquam ἀσώδης, quòd ægros inquietos & tædiosos reddat, nonnunquam παραξώδης, quòd ægri spectris quibusdam ob læsam imaginationem terreantur, & quandoque πεικνῆς πυρετός, ob urgentis caloris copiam terreantur, nuncupatur.

ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΑ. Καῦσθ' ἀπὸ τῆς καίειν vel κάειν, *νερε*, originem trahit. Καύσαλις ὁ πυρετός. Καῦσθ' ἢ μέλαινα καὶ ὑπερθεός, ait *Hesychius*.

Febris generali nomine dùm indigitatur hic morbus, ipsius quoque adnotare etymon, operæ erit pretium.

Hebris olim in Latio febris nominata fuit, autore *Servio Honorato aeneidos lib. 7.* derivatione desumtâ vel à *Febris*, undè & *Februarius*, Romanorum festò, quibus celebrabantur februa, & urbs ab omnibus piaculis lustrabatur. *Februo* enim antiquis erat idem, quod modernis *purgo*. Hebræi vocant תתתק morbum corpus inflammantem, à תתק incendit, & תתק febrim ardentem à תתק accensus fuit, arsit, quòd totum inæstuet corpus & inflammet. Unde à *fervendo* deducit *Trincavellus*, quòd totum ferveat corpus.

Paracelsus 1. paramir. cap. 6. tom. 1. pag. m. 76. febris nomen à *fervere* erroneè deduci, asserit. Fervor saltem est signum morbi illius, non materia, non causa. Nomen autem procedere debet à materiâ, & proprietate, & natura ipsius substantiæ, sed dicenda propriè *morbus nitri sulphuris incensi*.

A *feritate*, quâ tyrannidem in corpore humano exercere videtur.

Aliis placuit deducere à pisce quodam, qui *Scaligero de subtilitate ad Cardanum exercitat. 218.* FEBRIUS dicitur. Hunc si quis manu capiat, illicò febrim corripitur; amissò verò illò, statim liberatur. Hæc obiter.

Causus non simpliciter vocatur febris, sed μετα παραθήκης ARDENS, quòd præ reliquis febrium speciebus vehementiùs urat corpora humana.

CA.

C A P U T I I

definitionem εσιώδη explanat.

Ὅτι αἰτία *essentia* causi ut omnibus innotescat, necesse est, ut tam Galeni, Medicorum Phosphori, tum ipsius Aristotelis vestigia ac monita legamus & observemus.

Ille definitionis magnam esse dignitatem, asserit in *definitionibus medicis*, dūm ὁρῶς ἐστὶ, inquit, λόγος τὸ εἶναι δειλῶν, *definitio est oratio, qua ipsam rei declarat essentiam.* Hic 2. *poster. analytic. cap. 3.* ὁ ὁρισμὸς ἐστὶ τῆς εἰσίας γνωρισμὸς, *definitio est id, quò essentia alicujus rei fit manifesta.*

Ponimus nunc definitionem causi συνθετικῶν, priusquam ejus analysin subjungamus, quæ talis est:

FEBRIS ARDENS, seu καῦσος est intemperies calida cordis & totius corporis, continua, non remittens, conjunctum habens calorem exurentem & sitim inextinguibilem, orta à biliosò vel pituitosò falsò sanguine putrescente, vel in omnibus, vel majoribus, vel saltim in maximis cordi propinquis vasis.

GENUS seu formalis ratio est *intemperies calida.* Hæc uti essentiam febris in genere determinat, consentiente Galeno 8. *method. cap. 1.* & lib. 8. *de pulsibus cap. 3.* ita etiam rationem formalem febris ardentis in specie constituit.

Causus est ἀνάθεσις τῆς φύσιν, *præternaturalis constitutio, accidens scilicet, quod cūm ad causarum & symptomatum classem ritè associari nequeat, ad morbos partium similariū, non dissimilariū, & quidem intemperiei commodissimè refertur, ob calorem præternaturam.* Morbus hic non levis, sed acutus est.

Calor seu τὸ θερμὸν ἐμφυτὸν, *calidum innatum* & τὸ θερμὸν τῆς φύσιν, *calor præternaturam* nequè genere, nec specie aut numero differunt, sed naturâ & origine elementari invicem vitalis ac febrilis conveniunt. Aliter licet se habere videatur calor febrilis, at tamen ἕκ ἐστιν ἄλλο, ἀλλ' ἀλλοῖο, *non est alius, sed diversus.* Alietas modi non facit aliam rem ipsam.

GRA.

GRADIBUS differunt solummodò, nam juxta Galenum in *comm. 1. aphor. 14.* ὁ πυρετὸς γίνεται τροπῇ τῆς ἐμφύτης θερμότητος ἐπὶ τὸ πῦρ ὡδές, febris fit conversione caloris nativi ad igneam naturam. ἢ δὲ γὰρ τῶν πυρετῶν ἕσσις ἐστὶν ἡ ὡδὴ φύσιν θερμότητος. *Essentia quippe februm est præter naturam caliditas*, tradit Galenus *6. epidem. comm. 1. c. 29.* Conversione istâ caloris nativi in calorem præternaturalem & igneum non evertitur temperamentum hominis absolutè, sed tantùm hominis sani. Immutatur temperamentum corporis partium similarium, quâ immutatione actiones illarum læduntur.

Non quidem illicò adest febris, cùm adest intemperies calida, quæ simplici & aliquali fit alteratione, sed tunc demùm, cùm ita convertitur, ut sit proximæ dispositionis ad ignis formam suscipiendam. Intereâ caliditas tam arctè febrì ardenti est conjuncta, ut hæc sine illâ stare nequeat.

Quæstio adnectenda nunc venit, medicos inter præcticos variè agitata; *an siccitas sit de essentiâ febris ardentis?*

Affirmativam nonnulli proceres probare & defendere conantur ex *1. apb. 16.* quò Hippocrates febricitantibus humidum victum conferre & utilem esse asserit.

Capivaccius lib. 6. præctice cap. 2. & *Horatius Augenius lib. 1. de febribus* affirmativam amplectentes variis pugnant rationibus, quibus jam recensendis nolumus immorari.

Contrarium verò evincunt viri gravissimi, quos inter sidus Academiae fulgidum, magnus noster Æsculapius, ROLFINCIUS, æternâ famâ illustris ac perennis, coruscat eminentissimè. Hic locò omnium uti æstimatur, ita in nervosissimâ decisione, *ordine & methodò de febribus generali c. 6.* factâ, quâ siccitatem in febre quidè non negat, eam autem magis effectu, quàm affectu: effectivè magis, quàm formaliter: virtualiter magis, quàm essentialiter: per concomitantiam magis, quàm per essentiam: potentiâ magis, quàm actu ad febrim pertinere, asserit, meritò acquiescimus. Febris enim dupliciter consideratur: 1. in suò esse formali, & sic est intemperies calida tantùm. 2. in esse causali & effectivè, & hæc ratione ipsi siccitas jungitur. Virtualiter febris est morbus exiccativus, licet non sit siccus formaliter.

Sen-

9.
Sennertus lib. 1. cap. 1. de febris, negativam etiam amplectitur
& siccitatem ad febris, quatenus febris, essentiam pertinere non
concedit. Non tamen diffidetur ad speciei cujusdam febrium es-
sentiam pertinere, & in paucis febribus, hecticis scilicet & arden-
tioribus, accidere statuit.

Nonnullis siccam intemperiem ob τὸ καυσωδέσατον καὶ ὀξύτατον;
nec non *διψαν σφοδράν* addere placet.

In utramque facientia partem argumenta, non levia, qui plu-
ra desiderat, videre potest *Zacutum Lusitanum de medicor. princip.*
hist. 5. libr. 4. questione 5.

CAPUT IV

subjectum causi ventilat.

Accidens cum sit morbus, habere debet subjectum, cui inhae-
reat & in quo sustentetur, ceu materiali causâ. Accidens enim
per se subsistere non valet. Duplex hoc est:

SUBJECTUM ut QUOD est totum corpus vivens, sive ho-
mo. Homo enim dicitur febricitare.

SUBJECTUM ut QUO primarium est COR, vitæ fons, atq;
adeò viventis corporis actionum, quæ per febrem læduntur, prin-
cipium, prout est totum & aggregatum ex omnibus suis partibus,
spiritibus, humoribus, solidis. Solida ipsius pars afficitur, imprimis
ea, quæ τῷ πάλχῳ *septo cordis* est contermina: in eâ uti præcipua
calidi nativi, ita & caloris febrilis sedes est; ex eâ sanguis secun-
dum tenuiorem & aeream suam partem, spiritus qui appellari pot-
est, & reliquam massam ipsam supercalefactus derivatur per arte-
rias in totum corpus. Sanguis est ἐν τῷ *θερμαίνθηνας*, solida cor-
dis substantia ἐν τῷ *θερμαίνεσθῃ.*

COR uti omnium, ita & præcipuè hujus ardentis subjectum
est primarium, adeò ut, etiamsi reliquæ partes corporis calorem
habeant non naturalem, is verò ad cor non pertingat, nunquam
oriatur febris. Statim autem atque ille cordi communicatur, fe-
bris suam nanciscitur denominationem. Hoc totius artis medi-
cæ suffragio approbatur, & rationibus prægnantissimis à calore

B

pulsu-

pulsuque celeri, frequenti, forti, inordinatō defumtis confir-
matur.

Sanguinem qui pro febris putridæ atque adeò ardentis pri-
mario subjecto agnoscunt, quemadmodum *Schegkius* facit, con-
fundere primarium cum secundario videntur subjectum.

Sennertus lib. 1. de febris cap. 1. Sanguinem non posse haberi
pro subjecto asserit, sed solidas tantum & viventes corporis par-
tes genuinum esse subjectum. Nam doctissimi medici subjectum
morbi tradunt esse, quod est facultatum subjectum, à quò per-
ficiuntur actiones, ut sunt partes viventes. Sanguis verò ali-
mentum potius, vivens corporis pars cum non sit, morbi subje-
ctum esse non potest.

Animas quoque, vegetativam scilicet & sensitivam, coaffi-
ci hâc in febre, nulli dubitamus. In febre $\pi\acute{\alpha}\theta\epsilon\tau\eta\varsigma\ \psi\upsilon\chi\eta\varsigma\ \tau\epsilon\epsilon\pi\iota\kappa\eta\varsigma$ occurrit, corde laborante & hepate, animæ vegetativæ o-
perationes, *concoctio* & *nutritio*, læduntur. Læsa ergò sunt opera-
tionum harum principia. Calidum viventis ad vegetativam
quod spectat, etiam læditur, præternaturali accensione dum fer-
vescit. Cordis motus, pulsus, est celer, frequens, inordinatus
& omnis conatus laborque tædium est. Laborant animæ, labo-
rat corpus, non tamen unum sine alterò, sed animæ patiuntur con-
junctim, in & cum corpore.

SECUNDARIUM causi subjectum sunt omnes universi cor-
poris partes, in quas calor præternaturalis cordis mediante san-
guine per arterias effunditur. Nam affecto corde, vitæ principiò,
reliqua quoque membra coaffici, veritati maximè est consonum,
quod & *Galenus lib. 5. de locis affectis cap. 1.* innuere videtur, cum
asserit: $\acute{\alpha}\ \pi\alpha\upsilon\tau\alpha\ \gamma\delta\ \sigma\upsilon\gamma\kappa\alpha\kappa\eta\tau\alpha\ \pi\acute{\alpha}\ \mu\acute{o}\rho\iota\alpha\ \tau\eta\ \kappa\alpha\rho\delta\iota\alpha\ \delta\epsilon\delta\epsilon\iota\gamma\mu\acute{\epsilon}\nu\alpha\ \delta\ \pi\acute{\rho}\mu\iota\upsilon\iota\upsilon\ \epsilon\pi\epsilon\rho\gamma\epsilon\iota\upsilon\ \acute{\alpha}\upsilon\tau\alpha\ \Delta\iota\grave{\alpha}\ \tau\acute{\iota}\nu\ \omicron\iota\kappa\epsilon\iota\alpha\upsilon\ \epsilon\upsilon\kappa\rho\sigma\iota\alpha\upsilon\ \acute{\alpha}\nu\alpha\gamma\kappa\alpha\iota\acute{\omicron}\nu\ \acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\upsilon\ \acute{\alpha}\ \pi\omicron\lambda\lambda\upsilon\mu\acute{\epsilon}\nu\eta\varsigma\ \tau\acute{\alpha}\upsilon\tau\eta\varsigma\ \sigma\upsilon\upsilon\alpha\pi\acute{o}\lambda\lambda\upsilon\sigma\tau\eta\varsigma\ \tau\acute{\alpha}\varsigma\ \acute{\epsilon}\pi\epsilon\rho\gamma\epsilon\iota\alpha\varsigma\ \acute{\alpha}\upsilon\tau\omega\upsilon\ \text{Cum corde fi-} \\ \text{mul omnes vitiantur partes. Cum enim, ut ostendimus, ipse peculiari} \\ \text{cordis temperie actiones suas perficiant, hâc pereuntis actiones quoque} \\ \text{ipsarum perire necesse est.}$

CA-

CAPUT V

focum putredinis indagat.

LOCUS PUTREDINIS sunt VASA cordi vicina & propinqua. In hoc differre à tertianâ continuâ, quæ sit à materiâ in vasis magis à corde distitis stabulante, à nonnullis censetur.

VASA cordi propinqua sunt, quæ alis contermina apparent. Hæ, tanquam viæ manifestæ materiam corpoream, qualem constituunt humores, vapores, spiritus &c. ad partem adfectam, COR, deducant.

Intra vasa collectis humoribus febrim excitari ardentem contestatur Galenus lib. 2. de crisiibus cap. 6. ὁ γὰρ ἐπὶ μόνῃ τῇ ξανθῇ χολῇ πυρετὸς ἀναπτόμενος ἀνὰ σπλάγχνα κακώσεως. εἰ μὲν ἔν τῶ τοῖς ἀγγείοις ἐπὶ μὲν ἔσσης τῆς χολῆς ἐξάπτετο, καύσος ἀνεβῆς ἴσιν. Quæ ob solam bilem flavam febris accenditur sine aliquo visceris affectu, & si maneat adhuc intra vasa bilis, ardens febris exquisita nominatur.

VASA quænam sint, determinat Galenus 1. epidem. comm. 2. 6. 73. esse vasa pulmonis, jecoris, ventris MAJORA INTERNA, cordi proxima. In his flava bilis putrescens causum efficit. Semper enim quò magis cordi vicinus est humor putrescens, eò majorem excitat calorem. Imò 3. epidem. comm. 3. t. 33. venas jecoris, pulmonum iterùm designat, ὡς ἐστὶν ἔ καύσος focum ardentis febris, iisque venas ventriculi adjungit.

Mercatus etiam alias venulas parvulas admittit cap. de febre ardente, modò non sint in ambitu corporis, sed in visceribus cordi, jecori & ori ventriculi proximis; nam in his quoque extrema adsunt vasorum.

Galenus 4. de rat. victus in acutis t. 17. pulmonum, jejuni & hepatis meminit, ostenditque convenire hæmorrhagias, abscessus & parotides circa cervicem, ἐπὶ ἐκείνων μᾶλλον τῶν καύσων, ἐφ' ὧν ἡ ἔ πάθος σύστασις ἐν τῷ πνεύμονι γίγνεται, in iis ardentibus febris, quarum sedes est in pulmonibus.

Quin etiam eosdem acutos morbos generari docet, cum bilis eis τὸ ἥπαρ καὶ εἰς κεφαλὴν καταστῆ, in hepar & caput tendat ac

consistat. Hepar enim intumescit, & αἰαπιύασται πρὸς τὰς φρένας, expanditur ad septum usque. Hinc angustiae & oppressionis sensus in initio paroxysmorum.

Cous 1. epidem. comm. 2. t. 73. si in febre ardente, αἶ, aurium sonitus cum caligine, proveniatque in naribus gravitas, mente ex melancholiâ aberrant.

Focus juxta Galenum hunc locum de febre ardente explicantem, est in cerebrô, propter collectam in eô bilem, quæ inflammationem excitat.

Ballonius libro de virginum & mulierum morbis pag. 104. docet, distinguendam tunc esse febrem hanc ab alterâ, quæ fit non coærvatâ in cerebrô materia, sed in venis inferioribus reside, à quâ flatuosa exspiratio suscitatur delirium excitans. Nam cujus febris ardentis materia in cerebrô mansionem habet, illa continuam habet desipientiam, & symptomata non ita fugacia. Quæ verò febris materiam habet in aliis partibus, non habet desipientiam continuam.

Idem lib. 2. epidem. & ephemer. pag. 123. focum aliquando esse in capite, aliquando in ventre, asserit, & has essentielles ardentem vocat.

Horatius Augenius etiam determinatam partem in causô laborare statuit: quando sanguis biliosus expellitur extra venas ad carnes ventriculi, hepatis, pulmonis, in quibus vel erysipelas, vel phlegmone ἐρυσιπελατώδης concitetur. Ex hâc enim carniûm affectione tum ardorem magnum per universum corpus, tum sitim incompscibilem excitari adfirmat.

Helmontius libro de febribus cap. 10. t. 4. 5. &c. febrium tam continuarum, quàm intermittentium NIDUM in primis constituit officinis, eumque extendi ait à pylorô usque ad duodenum, & vasa ibidem multiplicia, intestina, item venas mesenterii, lienem & hepar.

Alia insuper loca extant, in quibus Galenus τὴν ἐστίαν τῆς καύσεως focum causi determinat TOTUM CORPUS & MINORES & EXTERNAS, in eô quæ occurrunt, VENULAS. Nam comment. 4. ἀρχορ. 58. καύσον γὰρ οἶδαμεν, scribit, γιγνώσκον, ὅταν θερμὴ ὡρα ἀνα-
ἐνεργ.

13.
Ξηρανθῆντα τὰ Φλεβία ἐπιπλάσῃαι δερμείας καὶ χολώδεις ἰχώρας
εἰς ἑαυτά. *Ardentem febrim fieri novimus astricto tempore, quando ve-*
na exiccata acres & biliosos ad se ichoras attraxerint. Hunc aphori-
smum desumpsit ex Hippocrate 4. de viduis ratione in acutis t. 1.

Adnectenda hīc quaestio à Galeno in commento proposita: ἂν
ἐν ἕτῳ μόνον γίγνεται καῦσος, ὡς εἶπεν, ὅταν ἐπιπλάσῃται τὰ Φλε-
βία δερμείας καὶ χολώδεις ἰχώρας ἐς ἑαυτά, ἢ καὶ τῆς σαρκὸς ταῦτο τῆτο
παθήσης ἔσται καῦσος; εἴτ' ἐν κατ' ἐν μέρει, εἴτε καθ' ὅλον σῶμα
συμβῆ παθεῖν αὐτῷ. *Utrum igitur tantummodò fit causus, ut dixit*
Hippocrates, cum scil. acres ichoras ad se traxerint venula? ane & id
carne patiente erit causus, sive in parte unâ, sive in totò corpore pati eam
sontigerit?

Respondet idem adnuendo, carnemque eorum, quorum in-
diga est, habere vim attractoriam, ostendit. Præterea fieri potest,
ut ex validioribus partibus ad imbecilliores aliqua mittantur ex-
crementa; certum namque est, particulis singulis ut attractori-
am, ita & expulsoriam inesse facultatem. Fieri ergò potest, ut in-
terdum ex parte unâ, interdum ex pluribus acres & biliosi icho-
res exactè transfundantur ad particulas, quæ sunt imbecilliores.

Alia quoque loca extant, quæ ostendunt causi sedem esse in
habitu corporis. Hæc inter excellit 3. epidem. section. 2. historia 10. In
hujus commentò ait Galenus, febrim ardentem esse à biliosis hu-
moribus, ideò necesse esse, in eâ muliere coacervatum humorem
biliosum κατ' ὅλον τὸν ὄγκον ἔσσωματ. &, per totam corporis molem.

CAPUT VI

causas ventilat, 1. immediatam. 2. medi-
atas proximiores corpulentas, se-
cundum essentia modum con-
sideratas.

Causarum cognitio est morborum exploratio. Illa felices red-
dit doctrinarum possessores, metus omnes & ignorantia fa-

rum pedibus subjicit. Eâ non instructus medicus Palladis portus nec aperire, nec ingredi, multò minùs ad splendidum υγείας solium accedere, & verus morborum triumphator existere potest.

Difficilis causarum doctrina est & intricata earum investigatio, scrutanda tamen harum progenies.

CAUSA IMMEDIATA seu σύστασις illa, quæ calorem hunc καυσωδέστατον in corde & vasis excitat, est putrida, ex veteri decretò, quædam substantia vaporosa vel humorosa, quæ sensim & sensim quidem generatur, subito autem dum erumpit, causum excitat. Αἱ δὲ νέουσι γίνονται, ἀθρόως παρέρχονται, morbi sensim generantur, subito & confestim adoriuntur.

Recentiorum suffragio causa proxima cujusque febris, ita & ardentis, est CALOR cordis præter naturam. Hic generationis primordia capit, cum calor naturalis de suâ temperie sensim discedens, igneus, naturæque gravis fit & molestus. Accidit autem τροπή τῆς ἐμφύτης θερμότητος ἐπὶ τὸ πυρῶδες, juxta Galenum 1. apb. 14.

MEDIATA CAUSA PROXIMA secundum essentiam considerata consistit in materiâ corpulentâ, quam constituunt HUMORES, qui sunt vel alimentales, vel excrementitii naturales & præternaturales.

ALIMENTALES inter sanguis primas tenet.

SANGUIS dum εἰωθίαν σύστασιν habet, complectitur quatuor humores, qui συγγεγονότα dicuntur, quòd parem vim ad generationem corporis habeant. Quamdiu in suâ naturali constitutione est, suasque debitas habet ῥοπὰς, inclinationes, motiones, omnia benè habent: dum verò ab hâc συστάσει καὶ ῥοπῇ solitâ compage seu motione dimovetur, à putridis exhalationibus & vitiosis humoribus ἐπιρροαὶ αἱ δὲ χυμῶν τίκταισιν κινήσεις ἐκ τῆς εἰωθίας συστάσεως, influxiones hæ humorum pariunt ex consuetâ statione & compage in sanguine emotiones, tunc incalescit, διαρπίζεται, ferescit, alius fit à priori, alteratur, imò nonnunquam alienatur.

Alienatio & alteratio hæc fiunt à materiâ corpulentâ excrementitiâ naturali & præternaturali.

NATURALIS intra limites servata nihil portendit. PRÆ-
TERNA-

TERNATURALIS exorbitat, terminosque excedit, & licet lege & consensu naturæ sit generata, tamen præter naturam luxuriat.

PITUITA *άλμυρώδης*, *salsa*, tanquam causa causi adlegatur à Galeno 4. de victus ratione in acutis à textu 13. ad 19. dum duas causi species ibidem proponit, unam ex bile, alteram ex pituita *salsâ*; hanc spurium, illam verò legitimum excludere causum.

BILIS intelligitur tam sincera, quam mista. SINCERA tum naturalis flava, quam præternaturalis adusta, pluribus in locis adnotantur à Galeno. NATURALEM intelligit 2. de different. febrium cap. 2. & 4. apbor. 58. & 59. ADUSTAM innuit 3. epidem. comm. 3. t. 7. ubi vomitio æruginosæ bilis propria ardentium febrium esse statuitur. MISTA ex humore tenui & flava bile, quæ PALLIDA dicitur, nominatur 2. epidem. comm. 1. t. 9.

Ex pituitâ solâ ardentem fieri febrem posse, nonnulli negant, & pro materiâ causi illegitimi agnoscunt *bilem & pituitam admixtam*.

Verùm contra hos insurgit Ludovicus Mercatus libr. 6. de febr. cap. de febre ardente, putatque, causum illegitimum, qui ex pituitâ oritur, non habere pro materiâ bilem & pituitam admixtam, ut vulgò fertur; cum ea communis sit etiam tertianis spuriiis, & continuis spuriiis, quæ ex utroque humore, citra ullum *salsuginis* sentium, nec adeò grandi incendio concitantur; sed fieri ex *tenuissimâ pituitâ*, quæ principium uersionis aut putredinis sortita, multis pravis ichoribus, ex bile flavâ exortis, aut ex aliâ è præternaturalibus, admiscetur.

In hoc sententiarum divortio Caprilius distinguit causum spurium in *biliosum & pituitosum*. Illum, qui fit ex pituitâ *salsâ*, mixtâ cum bile; hunc, qui oritur à pituitâ *salsâ* citra admisionem bilis, nimirum ob admistæ *salsæ serosæ humiditatis putredinem*, juxta Galenum 2. de differ. febr. cap. 6.

Nostra sententia est tolerari hæc posse omnia, si de sanguine bilioso vel pituitoso explicentur.

MODUS, quò dicti humores in venis putrescant, delineatur ab Hippocrate librò de locis in homine, ubi febres fieri asserit, cum corpore supercalefacto & inflammato, carnes intumuerint, & bilis & pituita

16.

pituita conclusa quieverint. Quies ergò habenda cāsa putredinis.

Communiter statuitur, quòd attracti humores vasa obstruant, dùm à naturâ non gubernantur, & sic putrescant, TRANSPIRATIONE PROHIBITA, cùm corpus per cutim liberè non ventilatur.

Putredinem hanc à solâ transpiratione prohibitâ oriri affirmat, de què eâ prolixè disputat *Zacutus Lusitanus libr. 4. med. princip. quest. 11.*

Sennertus contrâ meliorem meretur applausum, cùm *lib. 2. de febris cap. 1.* agnoscit quidem transpirationem prohibitam pro causâ putredinis, longè frequentiori, eam tamen non solam esse causam putredinis, cùm & rerum putridarum occurus sine transpiratione prohibitâ putredinem inducere queat.

CAPUT VII

causas chemicorum indagat.

CHimici tribus suis principiis systaticis utilibus innixi, quorum conjunctione omne constari corpus, omnemque uniri substantiam volunt, omnes humores rejiciunt, àque numerò causarum morbificarum eliminare audent.

In febrium accensionibus Δ accusant, quod, cùm in corpore humanò vel motu, vel rerum calidarum admixtione accendatur, incendia microcosmica parere, & præcipuè si in cordis propinquis vasis adoriatur, causum excitare valeat.

Paracelsus tract. 1. de pestilente tom. 3. \odot & Δ accusat, & in febribus producendis pro primariâ habet causâ, indeque agnoscit spiritus illorum in corde hâc in febre accensos, febrimque propriè vocari dicit *morbum nitri sulphuris accensi.*

Stephanus Rodericus à Castro librò de origine putredinis in febribus, aliquam malignitatem, certissimum causi comitem, agnoscit, quæ pro verâ causâ immediatâ & proximâ haberi queat. Arbitratur insuper, semina quædam nobis esse insita heterogenea natureque inimica, quæ, cùm exaltentur ab aëris ambientis impro-

por.

portione, vel ab astrorum influxu, vel etiam usu ciborum noxias qualitates habentium, dominium acquirere, & hujusmodi intemperies microcosmicáque incendia producere possint. Semina autem hæc nihil aliud esse, quàm ☿ & ☽ , docet *libro 3. de meteoris microcosmicis cap. 13.*

Verùm, adsint licet talia semina, non tamen immediatè & primariò ad producenda hæc febrilia incendia videntur sufficere. Analogicè semina hæc ut insunt, ita etiam analogica traditur generatio, quæ certò respectu tolerari potest.

Chimicorum quoque nonnulli ob ☿ evehæti copiam accensionem in corde plurimùm intendi statuunt, ita ut exin calor febrilis seu effervescentia solitò major excitetur.

Thomas Willis *libro de febribus cap 2.* efferatum evadere ☿ , inquit, dum à fermento cordi insito particulæ ejus solutæ excandescunt, à mixtione exsiliunt, & motu suo calorem quasi igneum, quaquaversus dispergunt. Ebullitio ista ☿ is efferati, seu oleaginosæ corporis pars accensa non priùs desinit inflammari, quàm spiritus seu ☿ is combustibilis materia maximam partem fuerit deflagrata.

Et sanè ☿ is inflammabilitatem in miraculosò Vesuvianò incendiò exprimunt & repræsentant sufficienter febres ardentes in microcosmò, continuò ægrotos urentes, ut nonnunquam illi integrè combusti existimentur.

CAPUT VIII.

Helmontii sententia.

Johann Baptistæ van Helmont, insignis Paracelsicorum hostis eorundem, ☿ , ☽ , & ☿ , vilipendit, nec inter consortium causarum recensenda esse ostendit, *libro singulari*. Quin & cum chemicorum sectâ humores rejicit omnes, illosque planè dari negat, *libro, ignotus hospes morbus, inscriptò*.

Confugit idcirco ille ad acorem suum corruptum, qui extra ventriculum egressus Archeum irritat & incendit, undè morborum mater sit salutandus. E venis ejectus, apostemata parit; in
C
venis

venis si profundius maneat, pestilens aliquod pathema generatur, sub quò procul dubio febres malignas & ardentes vult complecti.

Verùm, quid Helmont per acorem hunc intellectum velit, non satis liquet. A multis pro NON ENTE habetur, quapropter & nos illius sententiam vilipendentes, eum negligimus.

CAPUT IX

causas materiales secundum essendi modum in quantitate, qualitate & motu considerat.

MODUS ESSENDI, varius ille est. Variant humores corrupti & peccant in determinato genere, ratione corporeæ molis, quoad

I. QUANTITATEM, cum humores multi, coacervati & præternaturaliter aucti sunt.

II. Ratione QUALITATIS PRIMÆ manifestæ, intemperie calidâ, siccâ cum excedant. Quin & OCCULTÆ QUALITATIS ratio hîc habenda, nonnunquam enim malignitas se admiscet, quæ generationem faciliat.

SECUNDIS qualitatibus peccant in putredine.

INDIFFERENTER humores MODIFICANT seu novum ei addunt modum *quantitas, qualitas & motus.*

QUANTITAS & QUALITAS respectu *activitatis & resistentiæ* si examinentur, tanta humorum violentia adest & virulentia, ut natura aggravata, nisi ipsi succurratur, vix resistere valeat. Validè agunt in febribus his, strenueque resistunt medicamentis.

MOTUS ratione indifferenter, variant in *modo* generationis localis.

GENERATIO & CONGESTIO IN LOCO AFFECTO circa cor *Ἀπὸ τῆς δυνάμειν πεπονηθῆσαν* ob facultatem laesam, ab intemperie calidâ, à quâ actiones cordis naturales lædi necesse est.

CAPUT

CAPUT X.

Modus, quô partis facultas læditur ab
intemperie calidâ, expla-
natur.

IN febre ardente partium naturalis actio earumque facultas læditur primò. Læsæ nempè sunt partes similes, earumq; naturalis constitutio ab intemperie tum *manifestâ* calidâ, tum *occultâ* malignâ qualitate præditâ.

CAUSÆ intemperiei CALIDÆ ad quinque reductæ classes à *Galeno 1. de different. febrium cap. 2.* hîc etiam habent locum.

I. Κίνησις, MOTUS est, tum corporis, tum animi. CORPORIS motu calor excitari potest. Cùm temperamentum caliditate pollet, exercitia subit varia, inflammabilitatem humores concipiunt. ANIMI COMMOTIONES fervorem inducunt sanguini. IRA sanguinem circa cor fervere facit & ad talia incendia corpus disponit.

II. Η σήψις, PUTREDO. Hâc sine nullum fit causi incendium. Nullâ factâ putredine, nec massa disgregari, nec humores fermentari, nec calor per corpus distribui potest.

III. Ομιλία τῶν θερμότερων, VICINIA CALIDORUM externorum, quæ calidorum morborum procreationem promovere solet, dum calidis & contiguis corporibus calor externus communicatur, ab æstivalibus scilicet radiis, quos prius per sentit pars contigua, quam dein adsumit vicina, & ita consequenter donec insitum calorem arripiat, celeriterque corpus calore adimpleat & adficiat. MODUM hunc confirmat *divinus Senex 4. de vitæ ratione in acutis e. 3. οὐότων*, inquit, ἀναζητηθέντα τὰ φλεβία δερμεία καὶ θερμά ρεύματα ἐπισπάσονται πρὸς ἑαυτὰ. Causus fit, cùm venula arefacta biliosos & tenues humores attrahunt.

Eundem modum adstruit *Galenus 4. apb. 58. comm.* quô ostendit, causam ardentis febris esse bilem, eâque expurgatâ illam sanari, inque venas attractâ, excitari, cùm inquit: καύσον γὰρ οἶδα-

μεν γιγνώμενον, ὅταν ἐν θερμῇ ὥρᾳ ἀναξηραίνονται τὰ Φλεβία Ἰπια ἀσηται δριμείας καὶ χολώδεις ἰχώρας εἰς ἑαυτὰ. *Ardentem febrim fieri novimus, cum aestivo tempore venulae exsiccatae acres & biliosas ad se traxerint ichoras.* Quemadmodum enim nos alimentis melioribus destituti, deteriora sumimus, ita venæ vel partis alicujus vel totius corporis vehementer siccatæ ex partibus carnosus humores attrahunt biliosos & ichorosos, & ita causum generant.

IV. Ἀδιαπνοσία καὶ στέγνωσις *prohibita* TRANSPIRATIO & CONSTIPATIO, quæ calorem magis adaugent, quàm denuò generant, huc faciunt, dùm vasa in cutim osculis suis hiantia condensant, porosque à causis refrigerantibus vel exsiccantibus occludunt, vel cùm ipsum corpus immoderatiùs constringunt, ex mente *Galenii 9. meth. med. cap. 1.* Μόνην στέγνωσιν χωρὶς τῶν ἄλλων ἀπάντων ἰκανῶς γεννῆσαι πυρετὸς, *solam meatuum constipationem, licet omnia reliqua desint, generare febres posse, docet idem 8. meth. med. cap. 2.*

V. Ἡ ὕλη, MATERIA, concipiendo calori apta, huic intemperie facilem monstrat progressum. Qualis materia sit, ex causis infrâ sufficienter constabit.

CAPUT XI.

Causus est morbus animatus.

Causum compositum fieri morbum, similes infestantem partes, in aprico est. Occulta corruptio malignam qualitatem ipsi conciliat, & contagiosum reddit morbum, qui hodiè vocari solet ANIMATUS.

Solâ putredine nonnulli non contenti, in omnibus ferè morbis, præsertim febribus, singulare & longè aliud, in sanguine putrido quod latitat, *μιάσμα* agnoscunt, aliud corpus inquinare quod valeat, idque fieri statuunt per effluvia animata, seu generatos in sanguine putrido vermiculos.

Atbanastius Kircherus, vir fame & eruditionis consummatissima, immortalitatis nomine ob multa in publicam literariam sacram & profanam meritò illustris in febribus, pestilentibus præsertim & malignis,
sanguini.

sanguinem putridum innumerabilibus scaturire vermiculis, ope microscopii animadvertit, cum Romam crudelis infestaret pestis.

CAUSAM hujus verminosæ progeniei ad abditam quandam intrâ occultos humorum recessus putredinem refert, putredinem verò omnem vel ad proximam dispositionem vermes nullis sensibus pervios progenerare, docet *in scrutinio de peste*. Notabili & suspectâ putredine cum scaturiunt humores vitiosi, progenies exin verminosa & animata excludi poterit.

Sanguis præ reliquis humoribus cum gaudeat caliditate & humiditate, dum spheram suam transcendit & alienationem patitur, ad hujuscemodi insectorum procreationem aptissimas possidet qualitates.

Nec excludenda bilis & pituita. *Bilis* amara licet sit, putredinem tamen concipere, quotidianæ febrium omnium docent invasiones. Constat insuper, aromata penetrantissima, aliàs putredini resistentia, angelicam & gentianam, putredinem in scatulis concipere, ipsosque procreare vermiculos, visui nostro conspicuos.

Pituita acida, adusta corrupta scaturiginem & fermentationem verminosam augere quoque potest.

A multis hæc sententia speciosa æstimatur, at pro analogicâ, uti etiam est, agnoscitur, quo tantum qualitas vel malignitas humorum & morbi melius significatur.

Animationem nos omnimodò inficias ire non debemus, nec volumus, nec possumus.

CAPUT XII

causam morbificam extra locum adfectum generatam considerat.

EXTRA LOCUM ADFFECTUM materia generatur pro excitandô causô, vel TOTIUS CORPORIS vitiô, cum abundat

C 3

PLETHO.

PLETHORA quoad QUANTITATEM 1. simpliciter & EXQUISITE TALEM, in quâ vel solus sanguis reliquos humores vel copiâ & proportione superat, vel in quâ secundum veterem analogiam, ὁμοτίμως ἅπαντες αὐξηθῶσι χυμοί, omnes aequaliter excedunt succi. 2. MINUS EXQUISITAM, cum reliquorum humorum aliquis cum sanguine παμπόλλω ἔχει ὑπερχλω, magnam habet eminentiam præ aliis, & ita μὲν πρεσβήκης, ἔχ' ἀπλῶς dicitur biliosa, melancholica, pituitosa, serosa.

Πληθωρική ἢ συνδερμική, plethorica hæc congestio consideratur πρὸς αἷγγεῖα καὶ πρὸς δύναμιν, quoad vasa & quoad vires. Vires nanciscitur sanguis vitiosus, & cum impetu ruit ad partes debiles, cum vasa admodum referta distenduntur.

CACOCHYMIÆ ratione, cum præter sanguinem reliqui humores extra locum adfectum præter naturam generati, tanquam corpori alendo inidonei, abundant, qualitate peccant, huic febrili incendio citò aperiunt fores.

CERTA nonnunquam PARS est, quæ fomitem alit, & extra locum adfectum causam morbificam sustentat, præsertim ὅταν ἡ δύναμις αὐτῆς πεπονθῆῖα, cum facultas ejusdem labefactata fuerit ab intemperie aliqua.

Nonnunquam Διὰ τὴν ἐξωθέν ἰνα πλημμέλειαν, ob ERROREM EXTERNUM quendam ejuscemodi prognerantur suffumigia.

CAPUT XIII

ostendit, quò modò motus localis causæ morbificæ, extra locum adfectum generatæ, causum excitet.

Generatio humorum sola non sufficit, sed ut motus localis adveniat necesse est, cujus principium machinatur pars mittens, progressum facilitant viæ, & pars recipiens.

PARS

PARS MITTENS est totum corpus. Nonnunquam certæ sunt partes, quæ materiam cordi communicant. Ita juxta *Balloonium libr. 2. epid. & ephem.* aliquando caput, aliquando venter fomitem suppeditat; nonnunquam hepar, pulmones & ventriculus, juxta *Horatium Augenium.*

RECIPIENS est nobilissima hominis pars, **COR**, cui insidias struunt humores antea enumerati malefidas. Hoc debilitatur ab intemperie morbosâ calidâ & ἐγκαύσει humorum impugnatur, naturalisque ipsius vigor infringitur.

VIAE sunt venæ I. **MINORES** & externæ, juxta *Galenum 4. apb. 58.* quando æstivô tempore à venis exiccatis acres & biliosi ichores attrahi, asserit. II. **VASA MAJORA INTERNA.** In his cum bilis flava putrescat aut putridi humores coacervati fuerint, cor ἀθρόως à fuliginibus putridis infestatur. Ardens nascitur, cum sanguis in vasis latet majoribus & biliosis calidis & siccis plurimis scatet atomis.

MODUS FLUXIONIS consistit ἐν ὤσει καὶ ἔλξει. Ἐλξις *tractio* respicit partem debilem; ἡ δὲ ὤσις, *pulsio* partem robustam. In illâ opportunitas recipiendi, in hac vis expellendi consideranda. Si conspirant, morbus certò est præforibus.

TEMPORIS ratione vitiosi humores sensim colliguntur, subito autem morbum exordiuntur & enituntur.

MITTENS PARS ob acceptum à naturâ robur omne sibi superfluum & molestum relegat, stimulataque tum à quantitate tum à qualitate expellit humores ad partes debiles.

DEBILIS PARTIS est ἀπιδέχεσθαι *recipere.* In causâ opportunitas recipiendi sese offert in corde debilitato ob calorem præternaturalem. Calore concepto ἔλξις est potentior, quàm naturalis spontaneæ inclinationis ad fluxum concitandum. Candelarum ellychnia accensa oleum ferumque liquefactum fursum trahunt, idque non sponte suâ, sed vi flammæ attractoriâ. Ita cor p. n. accensum, non ratione sui naturalis caloris, sed ut pars à calore præternaturali calefacta & rarefacta humores attrahit & recipit.

IMBECILLITAS in parte ἀπιδεκτικῇ, quæ hoc in adfectu occurrat,

currit, non semper est nativa, sed interdum ADQUISITA. Redditur cor debile à calore præternaturali, & ad recipiendum aptum.

INCLINATIO humorum mobilis naturalis, eorundemq; ad motum innata propensio multum adjuncti adfert ad fluxionis motum. Facilior hæc redditur à notabili copiâ, per circulationem aliis partibus communicandâ. Ita cum sanguis biliosus calidis & siccis atomis plurimis abundat, in vasis majoribus ἐκπυρωθεὶς supercalefactus, ex sinistro cordis ventriculo per arteriam magnam in totum derivatur corpus, violento τῆ σφουγμῆ pulsûs motu. Hinc reassumptus per ἀναστομώσεις & συστομώσεις in venas, circulando, ita, redituque tam diu alteratur, donec deferbuit.

Præternaturaliter cum turget corpus, in eoque urgent humores corrupti, virulentam minitantur invasionem.

A ζυμώσεις, fermentatione promovetur, cum motus humorum in malsâ sanguineâ contentorum, secundum Galenicis; Θ. Δ. & ὕριος secundum chemicos excitatur à calore vitali. Fermentatio hæc improprie ita dicta cum excessum patitur, inducit præternaturalem humorum mobilem inclinationem ad paroxysmos tam febriles, quam ad aliam morbosam dispositionem.

ΔΙΑΧΩΡΗΣΕΙ humores ab in vicem separantur 1. cum *quantitate* & copiâ notabili vasa sunt referta, & ob repletionem segregationem excitant. Vel 2. *qualitate* humores biliosi & cacochymici producunt partis inflammationem, cum bilis & pituita conclusa quieverint.

Prosper Martianus, commentator Hippocratis acutissimus, comm. in librum de naturâ hominis, bilem solam accusat, quæ, disgregatione in humoribus factâ, febrim excitare potest. Hæc enim naturâ est calida adeò, ut quotiescunque cæterorum admixtione non contemperatur, agitata adeò incalescat, & proximiora quæque accendere queat.

Hæc in Διαχωρήσει MOTUS & in eò ἡ ἔλξις, attractio, adnotatur ab Hippocrate 4. de vitæ ratione in acutis textu 1. & 3. paulò antè citatis, cum ὁ δὲ καυσθῆ, inquit, γίνεται, ὁπόταν ἀναξηραθῆντα τὰ φλεβία δερμῆα καὶ θερμὰ ρεύματα ἴππασθηται πρὸς ἑαυτὰ. Hunc modum confirmat Galenus in comm. 4. aphor. 58.

Petrus

Petrus Castellus epistol. medicinal. separationem hanc biliosi feri attractione fieri, eleganter demonstrat, attractionem autem similitudine. Venæ exsiccatæ à calore calidiores redditæ non sibi contrarias frigidas insipidasque attrahunt serositates, sed similes calidas, acres scilicet & biliosas.

In *Ἀναχωρήσει* hâc admittitur etiam ἡ ὤσις, *pulsio ab Hippocrate*, cùm librò de affectionibus scribit: καύσθη γίνεται ὑπὸ χολῆς, ὅταν κινηθεῖσα ἐπὶ τῷ σώματι κατασηρῆται. *Ardens febris fit ex bile commotâ, ubi in aliquam interiorem corporis partem incubuerit.*

Bilis uti levissima, ita facillima commotu, sola nonnunquam agitatur, segregatur & accenditur, reliquis non commotis, quorum natura admodum frigida est. Si verò aliquis reliquorum commoveatur, vix fieri potest, quin & bilis simul conturbetur, cujus natura admodum calida est & ad motum promptissima. Hinc SOLA BILIS à disgregatione incalescit, & febrium accensiones producit, juxta *Hippocratem*, qui SOLAM BILEM febres producere, vel PLURIMAS à BILE, NULLAS SINE BILE oriri docet.

CAPUT XIV

causas remotiores supranaturales & naturales complectitur.

SUPRANATURALIS causa est DEUS, omnis boni dator, qui præceptorum suorum transgressores variis morborum generibus gladioque iræ punire solet, nisi desistant & se convertant.

DÆMONEM malum permittente & connivente divinâ majestate, uti alios morbos, ita & ardentis febres producere posse non dubitamus.

REMOTÆ causæ, quæ humorum biliosorum, pituitosorum, salisumque generationem, & principio-sulphureorum & salinorum promovere possunt efferationem, variæ sunt.

D

Πᾶσας

Πᾶσαι μὲν γὰρ, inquit Galenus 4. acut. l. 3. αἱ θερμαὶ καὶ ξηραὶ αἰτίαι καύσεως ἐργάζονται δύνανται. *Omnes causa calida & sicca arden- tes excitare queunt.*

Ad harum procreationem multum conferunt RES NA- TURALES.

TEMPERAMENTUM πρὸς δικαιοσύνην, ad justitiam, vel JUSTITIALE primum tenet locum, non solum totius corpo- ris, sed & singularum partium. Hoc si deflectat, fit INTEM- PERIES NATURALIS, quæ ad febres apta reddit corpora. Hinc rectè Avicenna libr. 4. canon, non sufficere, causas novis- se, quæ febrim producere queunt, sed & corporum ad fe- bres recipiendas aptitudinem & dispositionem ad unguem in- quisivisse, necessarium omninò esse, dislerit. Febrilis invasio nunquam ferè hominem occupat, nisi primò ac præcipuè e- jus temperamentum fuerit dispositum.

Ad febres biliosas disponit temperamentum CALIDUM & SICCUM, juxta Galenum 8. meth. med. cap. 8. ἡ ἐτοιμοτάτη μὲν δυσπρηγοσία εἰς πυρετὸς ἡ θερμὴ καὶ ξηρὰ. *Opportunissima ad febres calida & sicca intemperies.*

PARTIUM CERTARUM, cordis & hepatis inprimis ni- mia caliditas incendium tale excludit.

Quin & CALIDUM & HUMIDUM ad causi generatio- nem multum facit, præsertim ἡ πλήθωρα πρὸς ἀγνῆα καὶ δύναν- τιν putredini generandæ aptissima, & ad malignitatem procre- andam optimè est disposita.

MODUS SUBSTANTIÆ in cordis parte solidâ, spirituo- sâ & atomorum calidorum nimiâ quantitate consistit, & idè- fores morbo aperit.

RARUM CORPUS ab externis injuriis facilè altera- tur.

HABITUS corporis DENSUS ad multas disponit ægritu- dines, quæ per insensibilem ἀεὶ πνοὴν evacuari debent, retinet, fuliginum acrium & fervidarum pullulaginem adauget, & ita ad intemperiem febrilem producendam efficax est. Transpi- ratio prohibita, quam Zacharius Lusitanus pro solâ causâ putredi- nis im-

mis in omnibus agnoscit febribus, facit, ut ejusmodi fervida effluvia in massam regredi sanguineam cogantur. Hinc turgescens sanguis quasi accenditur.

ÆTAS juvenilis accusatur præ reliquis, rarò senilis, cum illorum corpora calidis flagrent humoribus, æstivali præsertim tempore, quòd in eorum venis corrupta & accensa bilis exardescat, subitò febribus ardentibus, cholera, dysenteriâ, &c. corripiuntur.

SEXUS disponit etiam ad febres. Mulieres aliàs non similiter, ut viri, morbis corripiuntur juxta *Hippocratem*. **GENUS FOEMININUM**, cum calore acri, cujus ope humores generat calidos, vel per accidens, cum natura non ritè faciat officium in expellendis mensibus, æquè ac **MASCULINUM**, subjectum est huic tyrannidi.

CAPUT XV.

de rebus non-naturalibus.

Ἀλλοῖται τὸ σῶμα πρὸς μὲν ἕνωσιν ἐξ ἀνάγκης, πρὸς δὲ ἕνωσιν ἕως ἐξ ἀνάγκης. Alteratur corpus nostrum à nonnullis quidem necessariò, à quibusdam non necessariò, inquit Galenus in arte medicinali cap. 85.

Τὰ ἐξ ἀνάγκης ἀλλοῖνται τὸ σῶμα, ex necessitate corpus alterantia SEX numerat, à medicis RES NON-NATURALES appellata, ὑπὸ τῶν γὰρ ἀπάντων ἀνάγκη τὸ σῶμα ἀλλοῖσθαι πῶς ex quibus necesse est, aliquò modò ladi & adfici corpus.

AER, quem Galenus citatò locò ἐξ ἀνάγκης, necessariū vocat, ὅτι ἀδύνατον αὐτῷ μὴ πλησιάζειν, quia eum evitare est impossibile, **CALIDUS** & **SICCUS** potentissimè productionem febrium promovet tum primis, tum secundis qualitatibus.

MODUS, quò aër calidus corpus afficiat, à Galeno 1. de differentiis febrium cap. 4. ubi de generatione pestis loquitur, duplex proponitur: εἰσπνοὴ καὶ περιχυσις, circumfusio & inspiratio. Utraque hinc habet locum.

INSPIRATIONE attrahitur in pulmones; **CIRCUMFUSIONE**

SIONE in arterias. Modum utrumque proponit Galenus locò jam citatò inquiring: αἰ δὲ θερμότεραι ἔχειν περιέχοντες ἡμᾶς αἶρα καὶ κάψαις, οἷα περὶ κυνὸς Ἰππὶ ἄλῃ γίνονται, μάλιστα διὰ μὲν τῆς εἰσπνοῆς, ἀντικρὺς αὐτὴν θερμαίνουσι τὴν καρδίαν. Ἐξωθεν δὲ περιεχυμένας τῷ σωματι σύμπαν αὐτὸ θερμὸν δὲ φαίνουσι, καὶ μάλιστα τὰς ἀρτηρίας, ὡς ἂν ἐλκόμεναι περὶ τῆς ἰστίας αὐτῆς ἔχειν περιέχοντες αἶρα, οἷς ἀπασιν συνδιαλύσασθαι τὴν καρδίαν ἀναγκαῖον ἐστίν. *Calidiores ambientis aëris status, quales maximè circa canis ortum contingunt, per INSPIRATIONES quidem manifestè cor calefaciunt. Corpori autem extrinsecùs CIRCUMFUSI totum ipsum calidius efficiunt, ἔτι πρᾶσιν ἀρτηρίας, ut quæ ipsius substantiæ ambientis aëris aliquid trahant, sum quibus omnibus simul cor adfici est necessarium. Et, porrò addit, cùm supra modum incaluerit, ipsum primùm ac potissimùm febrilem calorem suscipere, atque ad universum corpus transmittere.*

SICCUS humores quidem supervacaneos absorbet, sed febres acutas humoresque acres efficit. Ἐν τοῖσιν ἀνυμῶσιν πυρετοὶ ὀξέες γίνονται: *In siccitatibus febres sunt acute, inquit Celsus 3. aphor. 7.*

SECUNDÆ qualitates suam addunt Ἰππὶ βάλανον μέρα, cùm aër transpiratione prohibita putredinem colligat, vel occulta qualitate sit inquinatus.

Aëra in malignis & contagiosis morbis, quos & inter hic sua possidet subsellia, multis scaterere atomis & effluviis animatis, quibus corpus inficiat, docet *prælaudatus Kireberus in serutinio de peste.*

TEMPUS ANNI multum confert. Ita Hippocr. 3. aphor. 21. ἔτι 4. acut. t. i. ardentem fieri æstate pronuntiat, cujus effatum confirmat Galenus in comm. aphor. 58. libr. 4. cùm καύσον æstivali fieri tempore docet. Videtur hinc loci sub nomine æstatis Galenum omnia comprehendisse tempora calida.

AUTUMNUS, νεσοφόρος aliàs dictus, accusatur ab Hippocrate 3. aphor. 9. cùm inquit: ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νεσοὶ καὶ θανατωδέσταται τὸ ἐπίπαν, *Autumno morbi acutissimi ἔτι maximè ex parte exitiales.*

HYEME ardentem exquisitam & legitimam observavit Forestus in juvene 30. annorum, libro de febris observ. 15. in scholis.

Præte-

Præteritâ hyeme à militibus ex Hungariâ redeuntibus ad has transportata est oras exquisita ardens, maligna satis, ut etiam integras ædes simul occupaverit, sævam minitans stragem, duravitque ultra dimidium anni.

Aulici quidam ministri hujus loci cùm ante ipsum jam annum cum quibusdam militibus Hungaricis hoc malò pressis incautè in itinere quodam versarentur, reduces facti Jenam, omnes ferè ac singuli ab eodem occupati malo, inciderunt in febrem acutissimam, ardentissimam, cum delirio, nigricante linguâ aliisque gravissimis implicitam symptomatibus. Omnes tamen Dei auxilio & nostrâ operâ evasere.

Cur ardens febris hyeme & autumnò magis adffigat, disquitit *Aristoteles sect. 1. problem. 29.* Ἀγὼν, inquiens, ἔ μὲν Φθινοπώρῃ καὶ ἔ χειμῶν ὅι καύσοι γίνονται ἐν ταῖς ψυχραῖς. Cur per autumnum ἔ hyemem febres ardentes potius oriantur, quæ tamen tempora frigus præ se ferunt? Rationem ipse addit: ὅι δὲ καύσοι μάλλον ἐνοχλεῖσι χειμῶν καὶ τῷ Φθινοπώρῃ, ὅτι Ἀγὼν τὸ ψυχρὸν ἐξω συστέλλεται. ὁ δὲ καύσος εἰσωθεν ἐστὶ, καὶ ἐκ Ἰπτιπολῆς εἰκότως ἐν ὅι καύσοι ταύτων τὴν ὠραν γίνονται. Febres ardentes per hyemem autumnumque potius confluant, quia calor pulsus à frigore introrsum se contrahit. Ardor enim non residet in summis, sed intrinsecus se expandit, atque ita efficitur, ut hæc ratione febres ardentes hybernò tempore oriantur.

Idem repetit *sect. 14. problem. 3.* eandemque rationem ferè adnectit: ἢ διότι, αἰτιπερὶ ἵσησι τὸ ψυχρὸν εἰσω τὴν θερμότητα; ἐν δὲ τῷ θερμῷ Ἰουναπτόν συμβαίνει, τὰ εἰσω ψυχρότερα. Ὁ δὲ καύσος πρὸς τῶν ἐξω κατεψυγμένων, τὰ εἰσω θερμότητι ὑπερβάλλει. An quòd frigus calorem intus circumobstat? cujus rei contrarium æstivò tempore agitur. Partes namque internæ frigidiores redduntur. Ardor autem febris est. Ergò partibus refrigeratis exterioribus, caloris copia ad interiores redundat.

Ex his colligitur, ardentem febrem hisce frigidis anni temporibus magis, id est, fortiùs ægrotos affligere, quàm astate. Non autem ut magis, id est, majori copiâ generentur hyeme, quàm astate.

Πορὴν μακρὴν, longum iter & mora sub aëre calidò, diebus canicularibus itidem has excitant febres.

Notatu dignissima hîc est aëris mutatio ardentium febrium feracissima, quâ de egregia notavit *Josephus Quercetanus in dietetico polyhistorico, sect. 2, cap. 1.* Admiratione dignum esse dicit, quòd nemo hominum citra vitæ periculum & dispendium Neapoli Romam ausit proficisci à mense Junio ad exitum usque æstatis, imò bonam etiam autumnai partem. Inter alia mala viatores ardentissimâ febrî, caput potissimum infestante cum vehementissimo incendio torquentur subsequenter sævissimis deliriis. Hâc in febre frustrâ ferè semper omnia tentantur, cum vix unus è centum eripiatur, sed omnes miserè vitam finire cogantur. Causa hujus præcipitis interitus aëris subitæ mutationi adscribitur. Aër Romanus crassior; Neapolitanus tenuis valdè ac subtilis. Ita à tenui ac subtili aëre cum revolvimur in crassum, facillimè corpus alteratur.

Astrologi ætuosas febres similes efficere venenosis statuunt, si ♀ sub ☉ sit in vi. aut xii. locò in signis igneis.

II. MOTUS intra mediocritatis terminos servatus, ut verum caloris fomentum & fuliginosarum superfluitatum aptum habellum, ad sanitatem servandam multum facit. Ita immoderatus humores fundit, liquat, accendit. Accendere humores quilibet in seipso experiri potest, cum grande subeat exercitium omni conatu perficiendum, illicò calorem per totum corpus diffundi persequent.

QUIES nimia & exercitia intermissa effœminatam reddunt corpus. Immoderata & hîc noxia est. Nam *ἐσηκότες τὸ ἐν τῷ ἡλίῳ μάλλον θερμαίνονται ἢ κινέμενοι.* *Quieti & moti sub sole versantes citius disponuntur ad calorem concipiendum.*

III. SOMNUS & VIGILIA si modum excedant, malum, *2. aphor. 3.* *Vigilia* humores & spiritus plus justò calefaciendo progenerant fccas ægitudines, disponuntque ad febres ardentes.

IV. CIBUS & POTUS sunt τὰ προσφερόμενα, ea, quæ assumuntur, de quibus notandum τὸ πρὸς φύσιν καὶ ἔθνος, quantum natura & consuetudo decens postulat.

Im

In his peccatur *ἡ δὲ τὴν ποιότητα*, secundum QUALITATEM, cum ciborum calidorum siccorumque alimentorum & acrimium usus sit crebrior. Vel etiam fercula nimis aromatizata calidos pariunt morbos.

QUANTITAS, ἡ ποσότης, continua ciborum potulentorumque calidorum multitudo ingesta cum sit, *πυρεθρογενεαλογία* hanc promovere potest. Discretâ quantitate cum ingerantur alimenta, valetudini vis infertur *καὶ ἄρα δὲ ὁ κακὸς ποιεῖται, ὅ* malus in corpore tumultus excitatur.

SUBSTANTIA, cibi *δύσχομοι, δύσπεπτοι, κακόχυμοι*, cruditates cumulant & putredinem excitare queunt. LAC crebrius assumptum biliosis calidis morbis largum præbet pabulum. SACCHARUM & MEL biliosum reddunt sanguinem & calidos progenerant morbos.

E fructibus *ῥαΐσις* vitium adfricatur MELONIBUS, ex quorum usu immoderatò sæpè oriuntur hæ febres. Naturâ enim facile corrumpuntur, & putrescunt. Eiusdem valoris sunt FUNGI, à quorum copiâ adsumtâ sibi quisque caveat, ne putredinem capiat.

TEMPORE minùs convenienti & inordinatè si ingerantur cibi, sanitati valdè nocivi.

UTENDI MODUS nisi legitimè observetur, & omnis generis cibi ingerantur, priori non concocto, grande corpori imminet periculum.

POTUS eadem est ratio, & circa eundem eadem veniunt notanda. Vinorum calidorum, qualia Hungarica, Austriaca, meraca, ingurgitatio frequens, nullâ observatâ regulâ, nullò ordine, nullò tempore, febrium ardentium fœcundissima mater.

Ευκαιρίας καὶ τρόπον τῆς χρήσεως ratione magnam adfricant corpori labem, & ad incendia disponunt, qui horis matutinis & vespertinis usu crebriori spiritûs vini vel vini Hispanici, aut alius calidioris potulenti se non attemperant. His se delectant, confisi, plus sanitati suæ consuluisse, non videntes, *quàm*

quàm venenatus & furibundus viridi hâc & egregiâ sub herbâ latitet anguis.

V. EXCRETA & RETENTA suum addunt *Ἰπβάλλον μέ.*
 e. Quemadmodum aqua stagnans, vel stagna stantia situm contrahunt; ita sanguis, qui aliàs per consuetam naturalem evacuationem, hæmorrhoides, hæmorrhagiam narium & uteri evacuari solitus est, restagnans in vasis putredinem & maculas contrahere potest.

ALVUS adstricta pro variorum morborum acutorum matre agnoscitur ab *Hippocrate libr. de aëre, locis, & aquis* & γδ οἶον τε, ὅκκ κοιλίας ὑγραὶ ἐῶσι, τὰς νόσους τὰύτας ἰχύνειν, neque ejusmodi morbi, ubi alva liquida sunt, invalescere possunt. Intelligit morbos laterales, pulmonum inflammationes, febres arden-tes.

Bilis si justâ & debitâ proportione non secernatur, & sanguis biliosus hęc excrementa non purgetur, sulphurea immi-
 net accensio & febres generantur.

VI. Τῶν ψυχικῶν παθῶν, ANIMI AFFECTUUM quantum hęc sit robur & vis, quotidiana testatur experientia.

IRA tùm ὀλόκληρῃ, perfecta, tùm μὴ ὀλόκληρῃ, que non-
 dum ad perfectionem venit, nocentissimus sanitatis est hostis, dum nimio fervore ac motu vehementi humores accendit, caloris in corde effervescentiam inducit, spiritusque commo-
 vet. Si simul sanguis biliosus æreus accendatur, spirituum incensio facilitatur, & intensius agit.

TIMOR ὁ φόβος, & METUS ὁ δειμὸς naturæ multum adferunt nocementi, animum terrent, & ita corpus alterant.

TERROR multa quoque præstare potest, præcipuè sub-
 itus. Ita præteritâ hyeme rustici nonnulli stramina in curru à militibus causo maligno laborantibus relicta colligentes, in-
 sperato militem defunctum iis detectum attingunt. Hi per-
 terrefacti correpti hęc malo lethaliter.

IMAGINATIONIS vim magnam esse in inducendis hęc morbis, nemo non negabit.

Præ nimio GAUDIO incidit in febrem ardentem, eamque
 Ietha-

Iethalem mater, postquam filium magni honoris & officii fulgore conspicuum, magno desiderio illum videndi flagrârat. Hanc historiam adnotat *Rolfincius ord. & methodô medicina specialis commentatoriâ, ôs c' yves, libr. 2. sect. 3. cap. 106.*

Putridæ, quarum in numero etiam sunt ardentes febres, & malignæ originem à spiritali neçtare, SEMINE utriusque sexus, nancisci possunt, dum corrumpitur, & intra vasa putrescit. Sic aniam hisce febribus porrigere solet uberrimam.

Non corruptum autem, nec alienatione à statu naturali avium, nullam naturæ noxam imprimit, sed in suis vasculis illibatam servatum spiritibus suis sanguini refluxo communicatum totum reficit microcosmum.

CAPUT XVI

res præter naturam examinat.

RES PRÆTER NATURAM antegressæ ardentibus fomitem subministrant, eamque excitare valent. Ex *hypocondriorum dolore* oriri febres malignas egregiè ostendit *Cous 1. coar. prænot. t. 32. ôi èx ùποχονδρίων αλγηματῶ πυρετοὶ κακοήθεις.* Ex *hypocondriorum, i. e. partium sub hypocondriis contentarum, dolore febres mali moris.*

Ex *pleuritide* ardens fit febris ob familiaritatem materiæ, quæ est sanguis biliosus, qui retrocedens ad venas magnas, intra easque putrescens, ardentem producit. Id confirmat *Petrus Salius Diversus comm. in libr. 1. de morbis sect. 2. t. 16.*

A *peripneumoniâ* non fieri ardentem, nec ab ardente *peripneumoniam* testatur *Cous 1. de morbis t. 17.* Ratio, quia in laxâ, molli, undiquaque perviâ pulmonum substantiâ humore tenuis stabulari non potest.

PARTES INFLAMMATÆ à bilioso sanguine calorem præternaturalem cordi communicant, illudque ad incendium hocce disponere possunt.

E

CAPUT

CAPUT XVII

differentias complectitur.

Differentiæ, quæ τὰ εἶδη species adpellari queunt, hujus morbi desumuntur à causâ formali, materiali & efficiente.

I. GENERIS ratione, quod ipsam causi essentiam & formam spectat, assignantur species à Coo 4. πρὸ διαίτης τῶν ὀξείων. Primum genus recenset *textu 1.* alterum *textu 13.* *U-*
rimus appellat exquisitum, *alterum* spurium.

Galenus in comit. hæc duo causi genera repetit, unum ἀπλῶς ἀκριβῆ καὶ γνήσιον, *exquisitum simpliciter & legitimum*; alterum ἐξ ἡμίσι Ⓞ δ' ὄντα τοιῦτον, ἢ χεῖρον ὀνομάσαι συντόμῃ διδασκαλίας ἔνεκα, νόθον καῦσον, *cum pro dimidiâ parte solum fit talis, brevioris doctrina gratiâ causum notum adpellat.*

Verba ipsa *Galenii*, quibus δύο γένη τῶν καῦσων εἶναι egregiè docet, sunt sequentia: τὸν καῦσον πυρετὸν Ὀρίσκω τὴς ἰατρῆς λέγοντας, ὅταν ἡ θερμασία Διακρίη τὸν ἄνθρωπον, ἀπαυστὸν τε τὸ δίψα Ⓞ ἔχει. Καὶ εἶπερ ἄτῳς ἔχει ἔτο, τὸ μὲν ἀνευ Διακρίειν τὸ σῶμα, δίψαν παρηγορημένην ἔχοντα, καῦσον μὲν ἀπλῶς, ἀκριβῆ δὲ καὶ γνήσιον ἢκ ἔρῃμεν. *Febrim ardentem medicos reperio adpellantes, cum urens caliditas sitisque incomprehensibilis hominem torquet. Quod sitis habet, causum illum, in quo sitis non uritur, sitisque levis est, causum quidem simpliciter, exquisitum autem & legitimum non dicemus.*

Alexander Trallianus libro 12. ardentis febris duplex quoque genus adnotavit. Sciendum, *inquit*, duo causi esse genera. Ὁ μὲν γὰρ ὅτι γνήσι Ⓞ καὶ ἀκριβῆς, ἔχων δίψαν σφοδρὰν, Διαχωρήματα χολώδη, καὶ γλώσσαν τραχεῖαν καὶ μέλαιναν. Hæc exquisita est & vera, *sitim habens vehementem, dejectiones biliosas & linguam asperam nigramque.* Οἱ δὲ νόθοι Φέρον καὶ αὐτὶ δίψαν, ἀλλ' ἢ πάνυ σφοδρὰν καὶ ὀπιπταμένην, ἢ δὲ τὸ μέλαν τῆς γλώττης, ἢ δὲ Δια τῆς γαστρὸς ἐκκρίνειν χολώδη, ἀλλὰ μᾶλλον διαφθαζόμενα. *Ille verò furia etiam sitim adferunt, sed non adeò vehementem & intensam, neque lingue nigrorem, neque excrementum per alvum excernitur biliosum, sed magis corrupta.*

Alius

Alius insuper causus respectu habitō ad ejus vehementiam
 Ἰήθης ἢ κακοήθης, *malignus vel benignus*; ratione sui MOTUS acu-
 tus; ratione INVASIONIS *alius* in principio, *alius* in augmento,
alius in statu vel declinatione erit.

Deindē febris ardens *alia* est simplex, *alia* composita. Du-
 plices vel triplices dari possunt febres, prout biliosus humor fu-
 erit in majori vel minori copiā; prout plures sunt foci, in qui-
 bus bilis coacervatur. Si humor biliosus in majori copiā pro-
 truditur à suā sede, fit febris ardens simplex; Si copiosior est,
 & à pluribus prodit fomitibus, duplex vel triplex oriri po-
 test.

Recensenda hīc quoque venit differentia, quā ardens vo-
 catur καυστικὴ συνοχῆς, *alia* verò σύννοχὴ καυστικῆς. Hanc in-
 nuere videtur Galenus 4. apbor. 59. dūm inquit: ὁ μὲν καυστικὴ
 ἐν ταῖς φλεβῖν ἅμα τῷ αἵματι τῆν ξανθὴν χολὴν πλεονάζουσαν
 τε καὶ ζέουσαν ἔχει. *Ardens febris in venis unā cum sanguine,*
flavam bilem plurimam habet ebullientem. Illa oritur cūm bi-
 lis præponderat sanguinem.

Demūm *alia* febris ardens vocatur CONTINUA, quæ nul-
 las habet exacerbationes; *alia* PERIODICA, quæ etiamsi non
 remittat, habet tamen singulis diebus vel alternis accessiones,
 exacerbationes, adnotationes, quas Hippocrates 1. epid. sect. 3. t. 25.
 vocat ἐξ Ἰππικῆσεως ἐπίδοσιν, imō Galenus planē περιόδους, cūm ta-
 men περιόδους non sit febrium continuarum, sed intermittenti-
 um, & dividuntur in παρξυσμὸν καὶ ἀνεισιν. Παρξυσμὸς autem
 καὶ ἀνεισις potissimūm refertur ad febres typicas, sed præsertim
 ipsa ἀνεισις, cujus loco in continuis, si quando concedunt, remit-
 tunturque, ὀδρακμὴ dicitur. Minus propriè tamen & ardentibus,
 si tertio quoque die aut singulis recursio quædam animadverta-
 tur, περιόδους appellari potest. Videatur Ballonius definit. medic.
 titulo τετραμοφυῆς.

SYMPTOMATUM RATIONE magna ardentium occurrit
 varietas. Ἄσώδεις, ἀφόρητοι καὶ δυσφόρητοι, inquieti & intolerabiles,
 quæ ἄσσην inquietudinem ob ventriculi os affectum habent jun-
 ctam, vel ἀνέμεστον, vel ἀνὸν ἐμέτη, sine vel cum vomitu. Ταρσχω-
 δεις τιν.

δεις turbulenta dicuntur, cum vigiliis, spectris vel alvi fluxu acri turbantur. *Alia* simpliciter acres, *δακνώδεις*, mordaces: *alia* simul vocantur *άλμυρώδεις*, salsa, & *λιγνυώδεις*, favillosa. *Alia* non simpliciter acres, sed *κυσμώδεις* pruriginosa. *Quaedam* sunt *ἐξέρυθροι*, quæ rubram; *quædam* *ἐξωχροί*, quæ quasi croco tinctam; *quædam* *πέλιοι*, quæ lividam representant faciem. *Κοπώδεις* lassitudinaria, *κρυσμώδεις*, rigoribus crebris infestata, *κωματώδεις* in somnum propensæ nonnullæ dicuntur.

II. SUBJECTI ratione, sive quoad causam materiale, tot sunt ardentis varietates & species, quot partes, quæ subministrant fomitem. Nam juxta *Galenum* *comm. 4. de rat. viabilis in acutis* t. 1. *ἐπιότε μὲν γὰρ καθ' ἡν ὀπίου, ἐπιότε δὲ καθ' ὅλον τὸ σῶμα γίγνεται.* Nempe in unâ corporis parte, quævis illa sit, interdum gignitur *causus*, interdum & in totâ corpore.

Febres ardentes in partibus determinatis, ceu in foco generatæ an sint febres essentielles, an symptomaticæ, dubitare quis posset. *Verum* cum *Galenus* in classe essentialium de illis egerit, in illo acquiescimus.

III. CAUSÆ ratione seu quoad causam efficientem *alia* sit à bile sincerâ naturali flavâ; *alia* à bile præternaturali, adustâ. *Alia* à pituitâ falsâ vel pituitâ mistâ cum bile.

CAPUT XVIII.

de signis diagnosticis causi imminentis & præsentis, quæ petuntur ab essentialiter inhærentibus.

Ὁρῆς θεραπείας πηδάλιον ἔστιν ἡ Διάγνωσις. *Diagnosis* vel *innotis* *rota curationis* est fundamentum, secundum *Trallianum* *libr. 9. cap. 1.* Non intellectæ nulla est curatio febris.

IMMINENTIS causi signa primò sunt attendenda. Hic tanquam ex semine propullulans arbor, ex sensim collectâ putredine generatus cognitu difficilis. Difficilia autem cognitu quæ-

quamvis adsint signa, non tamen impossibilia sunt, præsertim si eorum originem inspiciamus & deducamus

I. ab illis, quæ SECUNDUM NATURAM in nobis sunt, & sunt RES *naturales* & *non-naturales*. Ita inveni cuidam, qui temperamenti est biliosi, calidi & sicci, capillis ornatus nigris, cibis calidis potuque vini generosi se delectans, levi de causa irascitur, ut præ nimiam iracundiam totum exæstuet corpus, prædici poterit, imminere causum, sicubi de febrili conqueratur calore.

RES PRÆTER NATURAM imminentem præfagiunt, dum corpus alterant, & à sanitate deflectunt. Talia hinc esse possunt respectu habitus ad *actiones lasas* lassitudo corporis spontanea, dolor capitis vel potius gravitas; ad *excreta* nausea; ad *qualitates mutatas* pallor faciei & similia.

PRÆSENTEM causum secundum IDEAM, GENUS seu rationem formalem detegunt I. τὰ κτ' τὸν τῆς ἐΐσιος λόγον ἐπέουτα, *essentialiter inbarentia*. Duo sunt, quæ ardenti EXQUISITÆ ita sunt propria, ut essentiam illius constituent, ἀχωριστὰ σημεῖα, *inseparabilia signa* & quasi παθογνωμονικά, cum eadem ingruentia & desinentia, ἢ θερμασία Δρακαῆς, ἀπαυς & δὲ δίψη, *calor perurens & sitis incompestibilis*.

Adsignantur hæc duo signa ardenti exquisitæ à Galeno 4^o de viâ. ratione in acutis t. 1. ὄγε καύση, scribente, ἰδίως καλέμα- νθη, ἢ μόνον τῆ σφοδρότητι τῆς καθ' ὅλον τὸ σῶμα γιγνομένης θερμασίας Δραφέρε, ἀλλὰ καὶ τῷ δίψει. βίαιόν τε γάρ ἔστιν ἐν τῷ κτ' ἀπαυσον. Causus proprie dictus non caliditatis, quæ per totum fit corpus, præstat modò vehementiam, verum etiam siti: Sitis enim in eo vehemens est & incompestibilis.

Febris species & ejus dolorosa modificatio indicatur ab Hippocrate comm. 4. de ratione viâ in acutis t. 2. πυρετός πολὺς ἔχει, τότε σῶμα, ὡς περ ὑπὸ ὀρεοκόπῃ ἐχόμενον κοπιᾷ καὶ ἀλγεία. Febris multa habet, corpusque velut ab ossariâ lassitudine habitum laborat, doletque. Πολὺς est febris, addit Galenus, propter naturam ichorum acrium & biliosorum. His enim superveniunt οἱ σφοδρότατοι τῶν πυρετῶν, febres vehementissima, ἔτ' ἔστιν, (οἱ πολλὰν τε καὶ δερμυ-

δριμυτάτην ἔχοντες τὴν θερμασίαν, hoc est, quæ multam & acerrimam habent caliditatem.

Calor nonnunquam in ardente adeò est intensus, ὧμαρέως, καὶ ἀπ' αὐταῖς καὶ λύχνον ἄψαις, ut faciliè lucernam ab eò accendere potuisses.

Δίψαι σφοδραὶ intensæ sitis ab eòdem Coò adlegantur textu 4. Sitis autem hæc non semper unò ac eodem se habet modò: intensior aliquando, aliquando remissior, nec in uno semper consistit punctò.

Hippocrates 3. epidem. sect. 3. t. 44. quosdam in ardente febre & διψώδεες λίην, non magnoperè sitiisse, adnotat.

Galenus 4. de ratione victus in acutis t. i. ratione partium adfectarum modò abesse, modò adesse statuit. ADESSE, si in totò corpore sit focus, aut si pars, quæ necessariò sitim accersat, ut os stomachi afficiatur, deindè ventriculus, post pulmo & subinde jejunum intestinum &c.

Mitigari sitim hanc à levi tussi tradidit Hippocrates 4. aphor. § 4. ὀκρόσιον ἐπὶ πολὺ βῆχες ξηραὶ βραχέα ἐρεθίζουσαι ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν, οὐ πάνυ τοὶ διψώδεες εἰσι. Quibus plurimum sicca tusses leviter irritantes in febris ardentibus fiunt, non multum siti infestantur.

ABSENTIÆ vel moderationis hujus rationem & causam nonnulli adscribunt extinctæ facultati vel malignitati, vel mentis depravationi ex delirio, vel destillationi in linguam vel resolutionem serositarum os ventriculi humectantium.

Ballonius libr. 3. consil. 5. suum hîc interponit iudicium. Vidit plerosque febrientes ardente febre aut non valdè dissimili, & tamen cum calor esset acerrimus, linguaque exusta, signaque forent ardentis febris, tamen non aderat sitis, aut ea mediocris. Ratio verò non referenda videbatur ad aliquam causarum suprâ positarum, sed ad instrumenti propriam affectionem. Lingua cum sit aut pellucida, aut nigra exustaque, & totus stomachus, cui illa continua est, eò penè modò adfectus sit, amentibus iis partibus & supra modum siccatis non percipitur sensus indigentiae, quia nervus subjectus linguæ non est eò modò

eò modò affectus & dispositus, esse quò debet. *Itaque vacui-
tas absentiaque sitis non est signum emorientis facultatis, sed
indicat abesse sitim, non causam quidem ejus, sed sensum ne-
cessitatis & indigentia sitiferæ deesse ob partes malè affectas,
utpote superficie exustâ & torrefactâ, in quibus causæ sitiferæ
prima impressio & sensus esse debet. Hæc ejus est conje-
ctura.*

Inde non quoties causo sitis abest, quæ tamen *παρογνωμο-
νικόν* esse creditur, toties malè ominari de causi eventu oportet;
Nec statim de ruinâ & casu facultatis naturalis, in ventricu-
lo & hepate residentis, judicare, cùm certis aliis de causis ab-
esse sitis possit.

MAGNA ARDENTIS & MALIGNÆ adfinitas. Medicus
ad ægrum cùm accesserit, inveneritque ardentis febris indicia,
statim suspicari debet de aliquâ malignitate. Magnam hæ, pe-
stilentis & malignæ habent affinitatem, essentialiter inhæren-
tia symptomata, calor exurens & sitis æstuosissima sunt ejus-
dem monetæ, ita ut decipere possint medicum.

Dubium movetur, an detur causus sine malignitate, quæ
rarò abesse solet?

MALIGNAM ab **ARDENTE** distinguuntur signa benè sunt
attendenda. *κακοηθῆ νοσήματα καλεῖμεν, ὅσα κίνδυνον ἀπειλῶνται
τοῖς κάμνοντι ἐκ ἀποκόπῃ τὴν τῆς σωτηρίας ἐλπίδα. Malignos vo-
camus morbos, qui periculum quidem adferunt ægris, sed tamen spem
vitæ non adimunt.* Ejusdem etiam sunt notæ ardentes. Hinc
maxima utrarumque convenientia. Maligna, in quâ putredo
superat malignitatem, maximè adfinis est ardenti.

DISTINGUUNTUR ab invicem, quia inseparabilia ar-
dentis accidentia, calor & sitis mitiora adparent in malignâ;
virium autem dejectio maior.

CAPUT

CAPUT XIX

Signa ab ex necessitate consequentibus
producit.

Postessentialia seu τὰ ἐξ ἀνάγκης ἐπόμενα, ex necessitate consequentia presentem hospitem ceu comites adfidentes manifestant, effectusque suos oculis subjiciunt nostris.

Occurrunt I. ACTIONES LÆSÆ & DEPRAVATÆ ANIMALES. Dolores capitis adsunt acerbi, ob acres & biliosas effumationes cerebri membranas lancinantes, & τὰ περὶ τὴν νηδὴν δακνύμεθα αἰγίαι, ager circa ventrem morsus dolet, juxta Hippocr. 4. de rat. vi. In acut. 1. 4. Hic addit Galenus, præcipuè in eâ ardente, quæ ab infimæ ventris focô oritur.

Ἀγρυπνία, vigilia etiam adsunt. προσέρχεται δὲ, scribit Galenus in comm. ad hunc. loc. καὶ διὰ τῶν ἄλλων συμπτωμάτων ταλαιπωρίας τῆς ἀγρυπνίας αἰτία γενομένη. Fit etiam ab aliis symptomatibus fatigatio, vigiliærum quæ existit causa.

Ἐνίοτε δὲ, subjungit Cous, καὶ ὁ θαλάξεις τῶν φρενῶν, nonnunquam mensis adest aberratio, quam Galenus in comm. fieri ait διὰ τὴν χολὴν ἀναδραμοῦσαν ἐπὶ κεφαλὴν, καὶ διὰ ξηρότητα καὶ θερμότητα κρείσσει, ob bilem sursùm currentem ad caput, & ob temperaturæ soliditatem siccitatemque.

Contingit tamen nonnunquam in biliosâ ardente puerorum febre abesse vigilias, & sæpè pueros dormire, ob humiditatem, quæ in caput evaporat, & ita somnum subreperere. SOMNI interdum profunditas; nonnunquam FALSUS somnus & somni impotentia fatigatâ animali virtute adsunt.

RESPIRATIO densa ac difficilis est, ore ferè apertô. Ita ab aëre liberiori sentiunt levamen.

II. VITALES inter actiones excellit PULSUS, qui hic celerissimus & frequentissimus est, ob summam calorem evitandi necessitatem, autore Galenô, ob summam ebullitionem, autore Aristotele, ob summam rarefactionem, autore Cartesio. DURUS
ob

ob siccitatem: æqualis adeoque non æquè magnus & vehemens, ob ingens incendium. Velocior est systole, quàm diastole, quia fuligines graviter urgentes arteriæ celeri constrictione expellere nituntur.

III. NATURALES actiones huc quoque spectant. APETITUS est prostratus, adest nausea, morsusq; orificii ventriculi molestus.

VENTRIS sentitur ROSIO ob bilis ad alvum confluxum. ALVUS indicia etiam præbet.

Ἀποχωρήματα ἔξυδα καὶ ὠχρὰ γίνονται, ait Couss 4. de victus ratione in acutis t. 4. feces liquida & pallida sunt, nisi ab ardore febrili torrigantur, indurescant, & fiant αὐρατώδεια διαχωρήματα, dicta

διὰ τῶν αὐρατῶν, ab excrementis, qua globulorum instar sunt rotunda, & suâ circumscriptione circumducta, qualia caprarum.

Videatur Ballonius defin. medic. Adparent nonnunquam αὐρατώδεια μετὰ πειτήξεως μυξώδης, cum eliquatione mucosâ.

Aliàs ferè semper bilis ὀργασμῶ concitata diluit feces, & stimulat excretricem.

URINA nonnunquàm est NULLA & planè suppressa, teste Coô loc. cit. t. 14. ἡ ἄρων διόληψις, urine suppressio vocata.

Nonnunquàm δυσχερῆ, ἰσχερῆ; interdùm parùm, interdùm nihil mingitur. SUBSTANTIA urinæ etiam variat. Τριχώδης,

μυξώδης, ὑμενώδης, pilosa, mucosa & membranosa. Excernuntur nonnunquàm capillamenta, mucago; nonnunquàm feminis

alicujus succulenti, qualis psyllii, citoniorum, referunt mucilaginem; interdùm membranarum carptarum exprimunt similitudinem.

Contingere à nonnullis existimantur hæc singula à pituitâ coactâ, divulsâ vel carptâ. Urina plerumque tenuis est & paucis sedimenti, nonnunquàm conglobati, sed non veri,

ἀκαιροῦ ante tempus ab initiô quod apparere solet. Acris prætereâ, rubicunda, flammea; & quandoque ex forti incendio nigrescens.

Malignus si fuerit causus & pestilens, urina livida magis & virescens conspicitur.

HÆMORRHAGIA narium accedere solet, sanguine fervidô ad caput impetuosè raptô, venas aperiente.

SUDOR etiam in principio adparere solet,

F

QUALI-

QUALITATES MUTATÆ fontem signorum horum confirmant, ardentemque indicant febrem: CALOR per universum corpus dispersus & expansus, maximè urens in biliosis, fumosus in pituitosis, autore Galeno 4. de vi&e. rat. in acut. t. 16. prodit causum SIMPLICEM sine MALIGNITATE.

MALIGNITATI verò cum junctus sit causus, calor urens ad EXTREMA NON PERTINGIT, autore eodem cit. locò. Κακοηθευσαμένα δέ & νοσήματα, ἀκροτήρια ψύχεται διὰ τὴν ἀρρωσίαν τῆς δυνάμεως καὶ τὸ μέγεθος τῆς φλεγμονῆς ἐφ' ἑαυτῆς ἐλκῆσης πᾶν τὸ αἷμα. Malignus si evaserit morbus, refrigerantur extrema ob virtutis imbecillitatem pblegmonesq; magnitudinem ad se sanguinem totum trahentis.

LABRA sicca & nigra, ἢ δὲ γλωσσο γίνεται τραχεῖη, καὶ ξηρὴ, καὶ μέλαινα κάρτα, lingua fit aspera, & sicca, valdeque nigra, Hippocrat. 4. de vi&e. ratione acut. t. 4. Talis fit à nimia a&ustione, cum fuliginum & vaporum acrium sublimatio & in palatò quasi reverberatio adeò est intensa, ut linguam penitus interdum exsiccet & palatum accendat. Germanis die Breunne dici solet.

Πικρὸν τὸ στόμα, oris amaritudo à flavâ bile tunicam ventriculo & ori communem irrigante, testis est hujus mali. OSCITATIO quoque hîc adnotanda.

COLOR faciei, imò totius corporis pallidus, ex pallidò livescens, & nonnunquam igneus est.

III. CAUSÆ prægressæ, naturales, non-naturales & præter naturam, de quibus antè prolixius est actum, ardentem adesse febrem, sufficienter demonstrant.

IV. SIMILITUDO indicat quoque causum. Comparatione factâ cum aliis judicium ferre potest medicus de ægroto, quòd hic illâ laboret febre, quâ alius curæ suæ olim concreditus laboraverit.

CAPUT

CAPUT XX

signa, quibus ardens ab aliis distinguitur febribus, adducit.

Convenientiam cum quibusdam aliis febribus magnam in certis partibus cum habeat ardens, summam opus diligentiam & circumspeditione, ne confundatur cum aliis.

I. A SYNOCHA PUTRI SANGUINEA (1.) ratione materiae biliosae distinguitur. Ardens ex flavâ bile putrescente accenditur; Synochos verò ex putrefactô sanguine conflatur, teste *Aetio tetrabibl. 2. serm. 1. cap. 77.* (2.) In synochâ calor non est adeò urens, nec sitis adeò inextinguibilis, quemadmodum in ardente, in quâ vix sedari potest, longâ etiam potione. Nam quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. (3.) Accessionibus quoque differt. *Synochos* sola inter putridas accessionibus & repetitionibus caret, ideò quia materia non movetur de locò ad locum, nec ex venis majoribus ad minores detruditur, sed unâ tantum accessione febris terminatur. *Ardens* verò, quamvis non declinet, suas patitur exacerbationes de tertio in tertium, juxta *Galenum 2. de crisi bus cap. 3.* ob materiae ex majoribus in minores venas transmissionem.

II. A BILIOSA SYNOCHA iisdem ferè signis dignoscitur ardens, cum hæc à bile flava excrementitiâ; illa à bile alimentali, quæ nihil aliud est, quàm sanguinis calidior pars, originem ducat.

III. A LIPYRIA differt in hoc, quod horum corpora exterius per totum morbi decursum frigeant; in ardente verò frigus non ita, nec semper est intensum. Lipyriam comitatur inflammatio & exustio intolerabilis interna: in ardente nullum præcedit inflammationis signum.

IV. A TERTIANA INTERMITTENTE distinguitur, quod in hæc calor remittat, in ardente verò pertinaciter duret.

F 2

V. A

V. A TERTIANA CONTINUA, cum quâ magnam habet familiaritatem & cognationem, ut etiam *Sennertus libr. 2. de febris cap. 11.* ardentem propriè dictam esse continuam tertianam, quæ ex sincerâ bile oritur, dicat, unamque curationem hisce duabus febris præscribat *cap. 12.*

Galenus libr. 1. epidem. sect. 2. textu 20. & libr. 2. de crisi cap. 3. hanc facit distinctionem, quòd ardens & tertiana quidem conveniant quoad materiam; locus autem, quò materia generetur, non sit idem. Ardenti in febre sunt vasa jecoris & ventriculi, ubi bilis maximè abundat; in tertianâ verò totius corporis carnes bile nimis abundant.

Verùm ipse *Galenus* variis in locis suum assertum vile reddit, dum modò hanc, modò illam pro focò causi agnoscit partem. Videtur ergò causus in eò differre à tertianâ continuâ, quòd causi materia putrescens latitet in vasis cordi propinquis; tertianæ verò continuæ in aliis vasis à corde remotioribus.

VI. A MALIGNA quomodo distinguatur, præcedente indicatum capite.

DIFFERENTIARUM etiam signa consideranda. In SIMPLICI LEGITIMA ardor maximus, lingua non solùm arefcit, sed etiam nigrescit. In SPURIA non tanta symptomatum vehementia, lingua arefcit tantùm à fuliginibus non adeò exustis. COMPOSITA σύννοχος καυσώδης, vel καυσος συνοχής, diversis ex signis dignoscuntur.

Ardens CONTINUA unicâ tantùm invasione cognoscitur. PERIODICA, etiamsi non declinet, tamen singulis vel alternis diebus leves quasdam patitur exacerbationes.

CAPUT XXI

spurix ardentis signa allegat.

Spurix seu illegitimæ signa comprehenduntur uno fasciculo à *Scod comm. 4. περὶ τῆς τῶν ὀξέων διαίτης τ. 13. & sequentibus. Κορίνη ὑπόχρου, alius soluta est, commune cum legitimâ sympto-*
ma

ma. SITIS est mediocris. LINGUA aspera, sicca & salsa, ob
pituitam falsam; non nigra, qualis à nimia exustione in legi-
timâ.

URINÆ INTERCEPTIO sequitur, & vel nil effatu di-
gnum, vel non tota, vel nullô modô urina emittitur. Galenus
causam hujus interceptionis attribuit τῷ πάχει τῶν χυμῶν, *hu-*
morum crassitie.

VIGILIÆ in spurio causô sunt remissiores, in exquisitô
verò intensiores, διὸ καὶ ἡ κεφαλὴ μᾶλλον ἐκπυρῆται, quia ca-
put in eô magis accendatur.

EXTREMORUM REFRIGERATIO inter signa spurii re-
fertur ab Hippocrate. Galenus tamen eum emendans, addidit,
ὅχι ἀπλῶς, ἀλλὰ μὲν διορισμῶν τινῶν, non simpliciter, sed cum li-
mitatione quâdam hæc posuisse putat.

CAPUT XXII

signa magnitudinis adfert.

Causam magnum esse morbum, unicuique constat. MA-
GNITUDO ejus adparet & dignoscitur κατὰ τῆς βεβλαμμέ-
νης ἐνεργείας ἀξίωμα, secundum dignitatem partis, ejusque actionis
lase. Eò major est morbus, quò pars, quæ laborat, est præ-
stantior. Gravissimus morbus est ardens, quia CORDI, τῇ ἔ-
μφύτῃ θερμῷ ἐστία, caloris nativi foco, qui insidias struit.

Essentialiter inbarentia. INTEMPERIES ad tactum intense
calida, ægrotóque molestissima, ardentem magnam designant.

Ratione eorum, quæ essentialiter sequuntur, ardens primâ
invasione vigilias, deliria aliaque gravia symptomata secum
ducens, magna habenda.

Causæ antegressæ magnitudinem febrî ardenti etiam ad-
dunt.

FACULTATIS ratione magnitudo adparet ardentis, cum
cor atrociter infestetur ejusque actiones illicò prosterantur,
cum gravissimis symptomatibus, unde κακονηθῆς audit. Noxi-

am hanc ejus indolem quoque inuunt vitales, naturales & animales actiones læsæ, pulsus debilitas, convulsiones, sitis nulla, deliria, anxietates, urinæ sanorum similes, quæ omnia idem notant.

SIMILITUDO febrium ardentium malignitatem prodit, cum aliis in locis grassantur febres ejusmodi, eadem & hic loci orientur iisdem cum symptomatibus.

TEMPORA febrem ardentem distinguunt. Acutorum morborum principium breve est, illudque demonstrat invasio prima cum impetu facta, & symptomata mitiora; statum adesse & morbum auctum actiones in summô gradu læsæ, & symptomata graviora indicant, juxta *aphor. 30. libr. 2. πρὸς τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστερα: πρὸς δὲ τὰς ἀκμὰς, ἰσχυρότερα.* Circa initium & finem omnia imbecilliora; circa statum verò fortiora. Biliosi morbi in convenientibus naturis, æstivô præsertim tempore breve habent initium, citiusque statum attingunt.

CAPUT XXIII.

de signis diagnosticis partis adfectæ.

Multis ambagibus ut supersedeamus, ipsa febris ardentis essentia, ejusque signa tum pathognomonica, tum συνεδρεύοντα symptomata sufficienter declarant, COR adfectum esse.

INTEMPERIES per totum corpus intensè ad tactum calida, **EFFECTUS**que cordis seu actiones vitales læsæ, pulsus fortis, celer, vehemens, cor per se & principaliter inflammatum ostendunt.

FOMES hujus incendii non in ipsô reperitur corde, sed nonnunquam propè cor nascitur, nonnunquam ab aliis partibus illinc transmittitur. Aliquando fit in certâ parte, aliquando in totô focus latitat corpore.

TOTUM si suppeditat ansam causo, sitis omninò adest.
Cum

Cùm verò in unâ certâ parte, non de necessitate est, sitim adesse, nisi illa pars, quæ laborat, sitim ipsa pariat. Facit hoc ut plurimum & primò os ventriculi, deinde ventriculus, atque ab eò stomachus; post pulmo & subindè jejunum intestinum, secundùm Galenum in comm. 4. de rat. vict. acutor. t. 1.

VENTRICULUS & HEPAR si fomitem alant, rosiones ventris, cibi fastidium, nauseam, vomitum excitant, hepárque sursum adscendit. Vomitus quando excitatur, non notat maligni quid, sed est de essentiâ morbi, orificii irritati & hepatis tumultuantis opus.

PULMONE simul inflammato si oriatur causus, respirandi difficultas adest & spiritus igneus, sputa plura, delirium, nigra lingua. Eadem symptomata in juvene quodam xxiii. annorum non ita pridem observavimus.

CAUSÆ prægressæ lædentes vel juvantes attendendæ sunt. Ita cùm nimio esu melonum aliquis incidit in causum, suspicari debet in ventriculo latuisse fomitem.

SIMILITUDO hîc quoque locum habet. Vir nobilis temperamenti biliosi, capillis nigris ornatus, hæmorrhagiis narium sæpè tentabatur. His præter spem ad tempus suppressis incidit in calorem præternaturalem intensum, sitim inextinguibilem, quam excipiebant deliria, angina, convulsiones, ita ut exquisitâ laboraret ardente. Simile exemplum si eveniat, idem cogitandum.

CAPUT XXIV.

Signa à causis petita.

IN diagnosi hujus febrilis incendii, MEDIATAS PROXIMIORES constituunt HUMORES. Ardens à BILE adustâ proveniens omnia symptomata habet vehementissima, tum παροξυμωμικὰ, tum συνεδρέωντα, seu supervenientia.

A PITUITA PALLIDA bili permistâ febres nec eorum symptomata mitiora eveniunt.

API

A PITUITA SALSA quæ accidunt, mediò se habent modò.

REMOTIORIBUS à causis distinctè proponere signa, eademque repetere opus haut est, cum quilibet eadem facili negotio eruere queat è fontibus.

CAPUT XXV

prognosin adgreditur i. salutis & mortis.

PRognosis magni ab *Hippocrate librò prognosticorum suorum* est habita. Hæc medicum nobilitat, ægrotisque ut magis placeat, facit, dum illorum res scrutatur & perpendit, ipsisque statum morbi explicat, & modum eventus, an ad salutem, an ad mortem, prædicit.

Difficilis aliàs prognosis, in ACUTIS tamen facilior, at incerta est, quia licet coctionis signa non adsint, tamen alia adsunt, quæ morbum satis periculosum demonstrant. In causò FALLAX sæpè est, cum materiâ subitâ translatione naturæ robur turbet & deprimat.

Tres, ex quibus causi eventum & terminationem cognoscimus, sunt fontes.

SALUTIS & MORTIS prognostica signa deducuntur i. *ab essentialiter inherentibus*, quæ respiciunt INTEMPERIEM hæc in febre nimis excedentem. Quò intensiora sunt sitis & calor, eò majora evadunt periculum salutis & metus mortis. Nam juxta *Hippocr. 4. aphor. 43. οἱ πυρετοὶ ὀνόσοι μὴ ἀγλείποντες ἀγρείτης ἰχυρότεροι γίνονται, μᾶλλον ὀπικίνδυνοι. Quæcumque febres non intermittentes tertio die validiores evadunt, periculose existunt.*

Ardens febris, licet ab *Hippocrate librò i. de morbis*, intra τῷ ἐνδοιαστῷ νοσήματι, dubii exitus morbos referatur, periculosa tamen satis est per se, cum MAGNA sit febris, ratione affectæ partis, vivificum cordis nectar incendit, exhaurit, marcorumque τῇ ζῶντῃ ἀρχῇ inducit.

Pericu-

Periculum grandius imminet ἀπὸ τῆς Διαθέσεως μεγέθους, à dispositionis si adsit, *vehementiâ*, & à statu naturali recessus major.

Ratione κακοῦθειας periculosus est nonnunquam causus, eoque gravior, quò symptomata erunt graviora.

TEMPORA sua velociter percurrens causus, periculosissimus in STATU existit. IMMINENTI auxiliatrices possunt ad moveri manus. PRÆSENS & in vigore quando est, diligenti opus circumspectione, ut natura & vires perferre valeant; sin secus, actum est de salute ægrotantium.

CAPUT XXVI

à postessentialibus petit prognosin.

Τὰ ἐπὶσιώδεια, *postessentialia*, seu ex necessitate consequentia respiciunt SYMPTOMATA, quæ si interiora fuerint, levem salutis spem promittunt.

Certos nos facit de periculo insigni ACTIO LÆSA VITALIS. COR, vitæ fulcrum, cum has turbas impetuosas ferre nequeat, omnia sunt in angusto & malum est præ foribus omen. PULSUS graviter læsus, languidus, spirituum resolutionem significat. Tremulus & simul intermittens, lethalityatem annunciat. Nonnunquam pulsus in ejuscemodi febribus SANORUM SIMILIS cum urinâ observatur, ut etiam medicos decipere soleat imperitos. *Verùm* periculosissimum designat morbi statum.

NATURALIS actio benè se cum habet, bonum signum; cum læsa est & malè se habet, periculum ostendit. Omnia coctionis signa bona, & εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν, *benè se ad oblata habere, bonum, 2. aphor. 33.*

SITIS carentia, mala. Δίψα ὡφελόγως λυθῆσα ἐν ὀξείᾳ κακόν. *Sitis in acutis præter rationem, quæ antè aderat, ablata, malum. Ita divinus Senex in Cois prænotionibus t. 57. Veruntamen τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κερφίζουσι, μὴ πιστεύειν, iis, quæ non secundum*

G

cundum

cūndūm rationē adparent, non fidendum. Nam non est extincta sitis, sed videtur saltem extincta, vel quia mens laborat, vel vitalitas & concupiscendi facultas emortua est. Lethalitem inferre sitis carentiam, exemplo comprobatur Hippocrates 3. epidem. sect. 2. egrot. 7. § 9.

Nec memoratu indigna est διψα ἢ ἐπ' ἀμφοτέρω μεταπίπτεσθαι τὰ χυ, cita in utrumque mutata sitis, quæ pro pravo habetur signo ab Hippocrate coar. prenot. t. 50. Mutatio hæc sitis, modò sedatæ, modò accensæ signum est evidens, facultatem vacillare, & res esse in angusto portendit.

SONITUS inter bibendum cūm audiatur, vulgi experientia comprobatur, agrum in summo esse periculō. οἱ ἐν τοῖσι ποτίσιν ὑποψοφείοντες, καὶ ὑποβορβορίζοντες ξηροῖσι, καὶ οἱ χαλεπῶς καταβρογχίζοντες πνεύματι βηχῶδες ὀλέθριοι ἐν ὄξεισιν κατὰ ψυγμένοισιν, inquit Cows coar. prenot. t. 62. Qui cum strepitu bibunt & murmure quodam in siccis, difficulter item deglutiunt cum spinatione tussiculosâ, sunt desperati: præsertim si perfrigeratio accesserit acuta febris.

SINGULTUS malum est signum.

RIGOR in ardentibus vel bonum, vel malum indicat.

BONUM signum esse docet Hippocr. cit. librō. t. 135. καὶ αὖσθ ῥίγεσθ ὀπιγνομένῃς λύεται. Causus rigore superveniente solvitur. Et 4. apbor. 58. ὑπὸ καύσθ δ' ἐχομένῃς ὀπιγνομένῃς ῥίγεσθ, λύσις γίνεται. Febre ardenti correpto si rigor superveniat, solutio fit. Expurgatâ scilicet bile, uti Galenus in commentō docet, febris fit solutio. Si verò rigores incompositè & errabundè contingunt, paucissimique sunt, magnum periculum ostendant & inferunt. Verba sunt Hippocratis 1. epidem. commento 2. textu 62. Rigor ardentem febrim si non solvat, signum est naturam esse prostratam & ad excretionem impotentem. Frequens cūm adpareat, fractis jam viribus θανάσιμθ est, effato Cui coar. prenot. t. 9.

RIGOR autem hîc duplex constituitur. SYMPTOMATICUS, quando natura vel quantitate vel qualitate materiæ irritatur, ejusque partem extra venas propellere conatur. CRITICUS vel decretorius est, cūm natura materiam devin-

cens,

Vincens, ex vasis totam propellit extrâ, quod unicâ fit accessio-
ne, & per unicum rigorem. Materiâ vel per sudorem, vel
per vomitum purgatâ, hâc in exacerbatione solvitur fe-
bris.

Si rigor superveniat eô tempore, quô judicatorius esse po-
test, bonus; sin minùs, malus.

ANIMALES ACTIONES de salute ac morte nos quoque
certos faciunt. PRINCIPUM FACULTATUM magna læsio-
nes malæ & periculosæ. Contrâ ἐν πάσῃ νέσω τὸ ἐρρωθῆαι τὴν
διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν. *In omni morbo
mente constare, & ad oblata se benè habere, bonum, 2. aphor. 33.*

DELIRIUM superveniens acutæ febris continuæ, pericu-
losum est indicium, & si ægrum debilem occupaverit, lethali-
tatem inducit, 4. aphor. 50.

MEMORIÆ abolitio pravum signum intimat.

SENSUS INTERNI passio suum quoque addit σύμβολον.
SOMNUS turbatus, VIGILIÆ contumaces naturam debili-
tant, eamque graviter afficiunt. Unde Hippocrates 4. aphor.
67. ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν οἱ ἐκ τῶν ὑπνῶν φόβοι ἢ πασμοὶ, κακόν. *In
febris ex somnis timores & convulsiones, malum.*

EXTERNI SENSUS salutis & mortis prædictionem faci-
litant. Ita generaliter Celsus 4. aphor. 49. eam comprehendit:
ἐν μὴ Διαλείποντι πυρετῷ ἢν χεῖλ, ἢ τὸ βλέφαρον, ἢ ὀφρὺς,
ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥίς Διασραφῆ, ἢν μὴ βλέπη, ἢν μὴ ἀκμή, ἢδὲ ἀ-
θενέ, εἴοντο, & σώματι, ὅλι ἂν τετέων γένηται. ἐγὼς ὁ θάνα-
τι. *In febre non intermittente, si labrum, palpebra, vel super-
cilium, vel oculus, vel nasus pervertatur, vel non videat, vel non
audiat, jam debili existente corpore, quicquid horum evenerit, mors
proxima est.*

In specie τὸ Διασρέφωσθαι oculorum nihil boni porten-
dit.

LINGUÆ actionem læsam malam esse innuit Hippocrates
coar. prænot. t. 234. αἱ δασεῖαι κατὰ ξηρη, φρενιτικαί, lingua pera-
rida & densæ, phrenitidem portendunt. Et t. 65. αἱ ἐν πυρετοῖσιν
ὀκτώσιες σιγῶσαι, μὴ ἀφώνω, ὀλέθηται. *Qui cum silentio è po-
testate*

testate mentis exeunt, nec antè voce capti sunt, mortiferum habent malum. Et textu 34. αἱ ἐν πυρετῷ ἀναυδία, κακόν, fandi impotentia in febre, malum. Et librò 1. prædictorum t. 23. αἱ μετὰ λιγῶς ἀφωνία κακίsson, cum singultu loquendi impotentia junctæ, pessimum. Obmutescencia in Philini uxore lethalitatem induxit, nam cùm decimò septimò die obmutescibat, vigesimò diem suum obiit, Hipp. 1. epidem. sect. 3. agrotò 4.

AURIUM TINNITUS coar. præp. t. 131. nisi è naribus mox stillet sanguis, delirium imminere indicat. Idem quoque prænuntiari potest, cùm in acutâ aures obsurdescunt. Ἐν ὄξει πυρετῷ ὠτα κωφεῖσσι, μανικόν. In acutâ febre aures obtusæ vehementem insaniam portendunt, lib. cit. t. 169.

MOTUS CORPORIS signa prognostica præbet certissima. RESPIRATIO justis inclusa terminis uti laudabilis & sanitati maximè proficua; ita si contrariò modò se habeat, valdè noxia. Læsa respiratio magni momenti est in ardente. Ἐπανάκλισις διπλῆ, duplex respirationis revocatio, t. 260. coar. præp. vel ad interiora velox revocatio, qualis iis, qui super inspirant, contingere solet, mala est. Lucifera ἀναπνοή κλαυθμώσης 8. arbor. 54. mala. τὸ πνεῦμα πρὸς σκοπιὸν 4. arbor. 68. malum, πασμὸν γὰρ σημαίνει, convulsionem significat, angustamque instrumentorum & facultatis lapsum denotat. Si ex dominatu febris strangulatio in faucium æqualitate accidat, ex cois præp. t. 61. ὀλέθριον, funesta est. Parva & frequens respiratio, in quâ pinnae narium moventur, mala.

DECUBITUS indecentes, inverecundi, pravi, οἱ πρὸς χεῖρα ἀναίσκοντες, κακόν, qui ad manum exiliunt malò sunt locò. Et t. 69. οἱ ἀνακεκλασμένοι artus projectos & retractos ostendentes, malò stant locò.

MOTUS TREMULUS extremorum malus, præcipuè si aliis sit junctus symptomatibus. Σπασμὸς ἐν πυρετῷ χειρῶν καὶ ποδῶν πόνοι, κακοειθές. Convulsio in febre, manuum ac pedum labores terrifici, coar. præp. t. 30. Vellicatio floccorum ut plurimum mortem proximam ostendit.

DOLO.

DOLORES capitis & cordis periculosi sunt. Hipp. 4. aphor. 66. ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσιν ὀξέσιν οἱ πασμοὶ καὶ οἱ ἐπὶ τὰ σπλάγ-
χνα πόνοι ἰχυροὶ, κακόν. *In acutis febribus convulsiones & circa*
viscera dolores fortes, malum. Et juxta aphor. 65. ejusdem libri
ἐπὶ τὴν κοιλίην καῦμα ἰχυρὸν καὶ καρδιωγμὸς, κακόν, *circa ven-*
triculum fortis estus & cordis morsus, malum.

CAPUT XXVII.

Prognosis ab excretis & re- tentis.

EXcreta in prædicatione varia præbent præfagia. In ardente
magnam vim habent excretiones, quæ si sinceræ, non co-
ctæ adparent, pessima sunt indicia.

URINA quoad quantitatem si involuntariè & copiosè in
acutis excernatur, lethalityatem inferre solet.

PAUCA urina in morbo acuto, mala est, sequitur enim
excreticis imbecillitatem & calorem corporis partes exuren-
tem. SUPPRESSIO urinæ in ardentibus sæpè multum faces-
cit negotii, & mentis in delirio alienationem notat. Αἱ ἐν
καταψύξιος ἔρων ἀπολίψεις, κάκιστον. *Ex frigore in ardentibus*
urine suppressio, pessimum, coar. pran. t. 5. Omnis enim intem-
peries frigida, vi caloris nata, salutis desperationem adfert.

QUALITAS urinæ nunc examinanda. Tenuis uri-
næ, pravæ: denotant cruditates, neque ex illis vel immi-
nentis vel præsentis conditionis signum peti potest. Hæ si du-
rent, viresque debiles, mortem prænuntiant. Καυσώδεσι δὲ
καλόχως κάκιστον ἔρον ἔστι τὸ ἐκλευκόν. *Iis, quos occupat febris ar-*
dens, qui cum febre sunt catocki, urina est pessima, multum alba,
coar. pranot. t. 581.

COLOREM quod attinet, signa varia sunt. ἔργα λευκὰ
νέα, λευκὰ, πονηρὰ, *urine pellucide, albe, male, 4. aphor. 72.*
Albæ perspicuæ, aquosæ, ex nimia cruditate proveniunt, co-
ctio-

Esionemque nullam adesse indicant. Albæ esse solent ob defectum biliosorum succorum, secundum Galenicos; ob ἀναρροπίαν, sursus-vergentiam salium, secundum Chemicos, quibus si tingerentur, modò flavedinem, modò rubedinem lixiviorum more præsentarent. Rubicunda & ignei coloris urina, ita permanens, colorem suum debet sali & Ἀρι, plùs solito aduftis. Et tales urinæ pessimum ferunt indicium. Notant enim vires ad segregandum debiles. His de plura & egregia videri possunt in epitome Institutionum Excellentissimi Dn. D. Mæbii, Præceptoris olim honoratissimi. Viridis vel nigricantis urina cum sit coloris, malum instat omen. Urinæ sanorum similes, summam malignitatem & periculum ostendunt.

MODUS EXCRETIONIS urinæ si naturæ legibus sit conformis, res benè se habet; sin contrà & τὰ ἐργύμενα μὴ ὑπομνησάντων, ὀλέθρα, urina immemoribus funduntur, pestifera sunt.

Signum bonum salutis, cum urina, quæ antea erat pauca, per liberalem διάρρησιν humores expurgat morbificos, qui à naturâ mitificati & victi sunt.

CONTENTORUM in urinis quoque habenda est ratio: ἔργον δὲ ἐν πυρετῶ λευκὴν ἔχον καὶ λεῖνὴν ὑπίψησιν ἰδρῦμενην, τραχεῖαν ἀφροσιν σημαίνει. Urina in febre, quæ albam & levem habet hypostasin atque constantem, citam illius dimissionem significat. Cous in prænotion. t. 575.

DEJECTIO alvi ad eventum prædicendum multum facit. Ἐν κάυσῳ, inquit Hipp. in cois prænot. t. 129. κοιλίη κατὰρραγεῖσα, θανάσιμον, in febre ardente, si alvus profusè feratur, mortiferum. Qui aphorismus explicandus est de alvi dejectione ἀκαίρως contingente, liquidis cum excrementis, pravis symptomatibus adhuc vigentibus.

QUALITATE peccat dejectio, quando siccissima deponuntur, quæ tostionem præ se ferunt.

TEMPORE inconveniente excretio quæ fit, minùs tuta. Die CRITICO quæ contingit, cum conferentiâ & tolerantia, salutem promittit. Huc spectat INJUSSA EXCRETIO, quæ modò

modò sine sensu, modò sine voluntate fit, pessimum est indicium, & plerumque lethale. Undè Hippocr. libr. 4. aphor. 22. de atrâ bile eleganter scribit: *νεσημάτων ὀκώστων ἀρχομένων χολή μέλαινα ἢ ἀνω ἢ κάτω ἐπίλθῃ, θανάσιμον.* Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis vel supernè, vel infernè exierit, lethale est. Eadem repetit de febris librò coar. pranot. t. 68. Opprimitur hòc tempore natura à causis morbificis & humorum adest cruditas insignis, nihilque salutare excerni potest. Bilis atra itaque, quæ tria illa secum habet conjuncta, naturæ vim inferentia, τὸ δριμύ, τὸ διαβρωτικὸν καὶ τὸ ὀξύδες, acce, erodens, & acidum, hòc modò fatalem inducit exitum.

E contrario dejectio χολώδης, biliosa subflava, in statu morbi, criticâ præsertim horâ saturatarum & spumosarum partium, bona est, si certis sit circumscripta limitibus. Βλαβερά mala esse potest, si nullum exin sentiatur levamen.

VERMES in ardentibus & malignis nonnunquam excernuntur, summam in corpore pro dentes putredinem.

VOMITUS, qui spontè fit feliciterque succedit, bonus est. Pauci & frequentes in acutis sunt lethales, quia summum irritamentum causæ morbificæ & expultricis imbecillitatem significant.

Quoad qualitatem PORRACEUS est pessimus; NIGER, lethalis. *μέλαινα χολή ἐν μὲν ὀξέσι ἀνωθεν θανέουσι, κάρτα ὀλέθριον.* Atra bilis in acutis, si in superioribus adpareat, oppidò mortifera est, juxta Aretæum librò 1. de diuturnis cap. 5.

ODOREM fœtidum per vomitum rejecta quando spirant, pravum; iisdem si conjuncti vermes in augmento & statu ardentium mortem propinquam & funestum inferunt eventum.

SYMPTOMATA vomitibus conjuncta, qualia singultus, convulsio & sitis carentia librò coar. pranot. mala esse docet Hippocrates, & plerumque exitialia.

SUDORES pauci, malum instituunt prognosticum. Sudor, qui solùm circa caput & collum exudat, pravus. FRI-
GIDUS

GIDUS in acutis morbis mortem præsentem notat; in mitiori longitudinem morbi, 4. aphor. 37.

Sudores die CRITICO si non adpareant, mali sunt omnino, præsertim cum virium imbecillitate. Bonam spem contra promittunt recuperandæ salutis, cum sudores largi conveniunt, die criticô se movent, febrim enim exsolvunt, & hi sunt optimi juxta Hippocr. in prænot.

HÆMORRHAGIA larga & liberalis in ardentibus & malignis optima est & salutaria, præsertim die criticô quando stillat sanguis. Sinistram præbet prognosin 1. quantitatis ratione. *σπίξιος αἱ ἐλάχισται, κακά, perexigua stillicidia mala, & μυκτῆρ ἀποσάζων, ὀλέθριον, substillum narium mortiferum, coar. prænot. t. 57.* Nihil enim paucum criticum, denotat naturam suppressam. 2. Temporis ratione. *Ἐν κάυσῳ ῥύσις ἐκ μυκτῆρων τετραταίῳ, κακόν. Ardenter febricitanti sanguis è naribus fluens quartidie, malum, coar. prænot. t. 130.* Hæc tamen nonnunquam bona esse solet, cum ipsam exceperit die judicatoriô hæmorrhagia largior, & salutaria.

ABSCESSUS periculum quoque grande notant. *Salutares* sunt, si procùl à corde erumpant, suppurent & materiam in pus conversam evacuent. *Letbales* verò sunt, quos Hipp. coar. prænot. t. 138. allegat. *Ἐκ κάυσης ἀποστήματα πρὸς τὰς ἀφροδίτας, ἢ πρὸς τὰς ἀφροδίτας, κακόν. Si cui ex febre ardente venit parotis, abscessus post aures, qui purulentus non fiat, haut facillè superstes evadit.*

CAPUT XXVIII.

Prognosis à qualitatibus mutatis.

QUALITATES MUTATÆ salutem vel mortem prædicunt, I. VISIBILES, qualis COLOR in totò corpore. Hippocrates 4. aphor. 62. *ὀκρόσσιον ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἰατρῶν ἀπὸ τῶν ἐπιὰ ἡμερῶν, κακόν. Quibus in febribus icterus ante septimum diem accidit, malum. Eadem repetit librò coar. prænot. t. 121. & addit: ἐβδόμῃ*

ἑβδόμη δὲ καὶ ἑνάτη καὶ ἑνδεκάτη, καὶ πεσάρεσκαίδεκάτη, κρίσιμον ἢ μὴ σκληρύνων τὰ ὑποχόνδρια. *Septimò autem, nonò, undecimò & decimò quartò die judicationem adfert, nisi praeordia indueret.*

LIVIDITAS modò totius corporis, modò certarum partium mortem propinquam significat. Livor enim signum est calidum nativum in iisdem esse suppressum.

IN PARTE color praesagit. FACIES livida, mala. Eiusmodi depingitur ab Hippocrate librò prognosticorum t. 6. τὸ χρώμα ἔστι ζύμπαντος ὀφθαλμοῦ χλωρὸν τι, ἢ καὶ μέλαν ἕν, καὶ πηλιδιον, ἢ μολιβδῶδες, δεινότερον. Color faciei totius ex viridi pallescens, aut etiam niger, aut lividus, aut plumbeus, gravissimum incedit periculum. Et librò coar. praenot. t. 66. τὰ πηλιδιὰ γινόμενα ἐν πυρετῷ, σύντομον θανάτου σημαίνει. Qua livent in febre, mortem non procul abesse annunciant. Oculorum διαστροφὴ, perversio & distorsio, & caligatio prava est.

VULTUUM MUTATIONES in ardentibus & malignis praedictionem mortis suppeditant imminentis. Generosus Dominus Justus Reinhard à Schönfeld, studiorum gratiâ in hoc Athenæo commoratus, magnæ sanè ob virtutum culturam aestimationis, febre ardente malignâ correptus, in agone vultu patrem representabat, cum sanus vix aut ne vix quidem lineamentis ad eundem accederet. Haecenus idem in aliis observatum est.

II. TACTILES qualitates multum huc conferunt. CALOR si in totò corpore temperatus & æqualis, spem salutis promittit. Ἐν τοῖσι ὀξέσι νησιμασι ψύξις ἀκρωτηρίων, κακόν. In morbis autem acutis extremorum refrigeratio, malum, 7. aphor. 1. Huc spectat quoque adnotatione dignus aphorismus, qui ab Hippocr. librò coar. praenot. proponitur: ἐν ὀξεί τὰ μὲν ἔξωθεν ψύχεται. τὰ δὲ εἴσωθεν καίεται, καὶ διψῆν, κακόν. In acutâ febre exteriora perfrigerari; interiora vero urì & sitim facere, malum est exitiumque portendit. Et eòdem librò t. 50. ἀκρῆα ταχὺ ἐπ' ἀμφοτέρω μεταπίπτοντα πονηρὸν, extremarum partium, manuum, scilicet & pedum, cito in utrumque mutatio i. e. caloris & frigiditatis in-

H

ris in-

ris intensi vicissitudo, & unius in alterius locum, cessante eò, quod prius in summò erat vigore, malo est loco.

Galenus 4. de rat. vicius in acutis t. 16. τὰ ἀκροτήρια ἐψυγμένα, κακόν. Χωρὶς γὰρ τούτων ὅσα ἂν ὀλέθριον γένηται ποτὲ τὸ νόσημα. Extremitates si refrigerentur, malum in ardente. Absque enim his nunquam letaliter terminatur morbus.

Ὡς ψυχρὰ καὶ συνεσαλμένα, frigide aures, inversa, ultimum instare vitæ tempus, docent.

CAPUT XXIX.

Prognosis ratione causarum.

HUMORUM sanè magna vis & violentia in ardentibus, ut separati cor & totum corpus accendant non solùm, sed etiam sinistram prælagiant eventum. Quò accensio intensior, eò periculum imminet majus. Occulta qualitas seu malignitas quò tenacior & fortior, eò citiùs mortis adventum accelerat.

NATURALES causæ difficilem produnt prognosin. Juvenilem ætatem invadens causus faciliorem promittit curationem; in adultioribus difficiliorem; in senibus plerumque respuit medicamenta.

NON-NATURALIUM è censu prodit aër, qui æstate breviores, autumnò verò ac hyeme periculosiores generat febres. Undè *Hippocr. 3. apbor. 9. ἐν Φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νόσοι καὶ θανατωδέσταται τὸ ἐπίπαν. Autumnò morbi acutissimi, & maximâ ex parte letales.* Juvantes causæ, somnus si naturam juvat, bonum; sin laborem facit, malum & mortale exhibent signum. 2. apb. 1.

Ægrotus medicamentis vel aliis esculentis naturam si sentiat roborari, bonum & salutare signum; contrà malum & malignitatem insignem denotat, cui non sufficiant resistere medicamenta.

Ab irâ quæ ortum trahit febris, periculosa est. Interitum
minatur

minatur corpori, dum spiritus incendit & cor simul inflam-
mat.

RES PRÆTER NATURAM. Dolor hypochondriorum
t. 31. & dolor crudelis ventris t. 130. coar. præm. causum reddunt
malignum & ferè lethalem.

RECIDIVA si fiat ardens, & reliquias materiæ de priori
morbo participet superfluas, eadem est cum morbo radicali
priori, cui successit. Pejor est suâ radice, ob majorem ma-
lignitatem, quam contraxit materia. Nonnunquam mitior
esse solet ob fomitis paucitatem, & citò ægrum derelinquit.

MAGNITUDO hujus febris annunciat periculum, cum
ætati, consuetudini, temporibus anni non est familiaris, se-
cundùm *sphor. 24. libr. 2.* Periculosissima evadit, cum gravia,
secum trahit symptomata, & malignitatem habet conjun-
ctam.

SIMILITUDINE cognoscitur ardens lethalis. Ita non ita
pridem causò laborans malignò convulsivis motibus & epile-
pticis insultibus supervenientibus mundo valedicebat. Alius si
infestetur ejusmodi symptomatibus, idem de eò ferendum
judicium.

CAPUT XXX

signa longitudinis & brevitatis adfert.

PRædictio longitudinis & brevitatis desumitur *ab essentiali-
ter inherentibus.* Species hujus morbi brevem morbum es-
se significat. Acutus morbus omnis brevis. *ὀξύτατος*, acu-
tissimus & idcirco brevissimus morbus est febris ardens.
Nam ex eorum est genere, quorum vehementiam natura diù
tolerare non potest, sed brevi aut natura vincit & molestam
causam excutit, aut natura victa succumbit.

Brevitas cognoscitur ex testimoniò Hippocratico *libro 1,
de morbis, καυσῶταχέως κείναι.* *Ardens celeriter judicat.* Le-
gitima & *κατόξυς ἢ λίαν ὀξύς* ante septimum diem terminari,

H₂

raró.

raroque nonnum attingere solet. Notha verò seu spuria decimo quartò die judicatur, symptomata habet mitiora, & minus quidem periculosa, non tamen omninò secura est. Decimus quartus dies criseos in genere de omnibus morbis acutis allegatur ab Hippocrate librò *coar. pranot. t. 153. τὰ οξέα τῶν νοσημάτων ἐν ἡμέρῃσι κρίνεται πωσαρσηκαίδεκα. Acuti morbi intra quatuordecim dies judicantur.* Et in specie de ardentibus solis *texen 237. ejusdem libri. τὴς καυσώδεις ἀκρίνισιν αἱ πωσαρσηκαίδεκα ἡμέραι, κρφίζουσι ἢ ἀναρῶσι. Febrì ardente laborantes judicant quatuordecim dies, vel ad interitum vel ad salutem.*

MOTUS ratione brevis est morbus ardens, celeriter movetur, & citò pede currit ad statum. Nihil tam citò fatale est ad interitum, quàm febris ardens, si pestilentiam exceperis. Nihil æquè calorem nativum extinguit, quàm febrilis hic calor. Diù æger impetum hujus sustinere nequit. Sunt verba *magnif. Rolfincii de febribus.*

SYMPTOMATA ab ætionibus læsis brevitate morbi indicant. Vitalis facultatis imbecillitas acutum morbum facit brevem. Naturales ætiones languidæ & ferè suppressæ mortem prædicunt. **QUALITATUM** mutatio significat quoque brevitate, ut ex paulò antè dictis patet.

EXCRETA coctionem primis diebus demonstrantia, brevi judicationem fieri designant. Sudores calidi citò liberant à morbò, *librò 1. de morbis.*

CAUSARUM ratione ardentes breviores fiunt, quia ex tenuibus humoribus calidis, siccis, biliosis atomis abundantibus originem trahunt suam. Temperamentum calidum & juvenilis ætas breviores procreant morbos. Occulta in temperamento nonnunquam latitans causa medicum de horâ mortis certum facere solet, cum causò laborans fortiter & graviter decumbit die nativitatis, eâ horâ, quâ natus, prædici poterit ægrum moriturum. Coincidit enim nonnunquam hora mortis cum ipsâ horâ & momento nativitatis.

RES præter naturam, qualis dolor ventris vehemens, causum lethalem facit, & quia acutus est, citò desinit esse.

CAPUT

CAPUT XXXI

modum eventus ad salutem in causo
exquisito explicat.

AD SALUTEM terminatur ardens per *αἰθρῶν μεταβολὴν καὶ ἔξαιφνίδιον*, *subitam mutationem*, quæ fit à naturâ superante causam morbificam, & CRISIS adpellatur, quæ duplici evenit modò, κατ' ἔκρυσιν, & κατ' ἀπόσπασιν.

Κατ' ἔκρυσιν, *per exitum*, per nares, sputum, sudores, urinam quæ fit excretio, alia est perfecta, alia imperfecta. PERFECTA crisis in ardente fit unâ vice per largam excretionem, cum natura morbosam materiam devictam die decretoriò per convenientia loca evacuat. Modos excretionum enumerat *Cous 4. de nat. victus in acut. t. 10.* ἢν αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆ, λύεται τὸ πάθος, καὶ ἢν ἰδρῶτες ὑπὸ γίνονται κριτικοὶ γνήσιοι, μετ' οὖρων λευκῶν καὶ παχέων, καὶ λεῖων ὑφισταμένων. Si è naribus fluxerit sanguis, solvitur agritudo, atque si sudores supervenerint judicatorii legitimi, cum urinis albis, crassisque & lenibus subsidentis.

HÆMORRHAGIA CRITICA SALUTARIS quò fiat modò, explicat *Hippocrates cit. locò.* Criticas hæmorrhagias admittit *Galenus 1. epidem. comm. 1. t. 9.* in sinceris, continuis & febribus ardentibus. Et *libro 3. de crisis cap. 3.* febres ardentes continuas & inflammationes viscerum solvi criticis hæmorrhagiis, & *1. epidem. comm. 2. t. 63.* proprium ardentium febrium esse, per hæmorrhagias solvi, asserit.

SUDORES salutare sunt, ὅταν πεπευμένε εἰ νοσήματι ὑπὸ γίνονται, si morbo jam costò supervenerint, *Gal. 4. de rat. vict. acut.*

Per URINAM terminatum iri ardentem ad salutem κριτικῆ ἰφύδα, *expulsoriâ inclinatione* statuitur, si naturali calore & consistentiâ suspensum observetur.

Κατ' ἀπόσπασιν *per abscessum* criseos meminit *Hippocr. cit. locò s. 11.* καὶ ἢν ἀπόσπασιν πρὸ γίνεται, si abscessus aliquis fiat. **LOCVS**, in quò

abscessus fiat, capax sit materiæ expellendæ, & ut bonus sit abscessus, fieri debet infra & longissimè ad extrema, & ut supuretur. Hinc petechiæ lethales, quæ vacuare materiam non possunt, sed materiam malignam ad cor revehant. *Galenus cit. locò* abscessus in ardente legitimâ non admittit, sed solùm in spurriâ.

Absque evacuatione criticâ & abscessu si solvatur ardens, metuenda est **RECIDIVA**. Id quòd *t. 12.* innuit *Hippocrates.* ἦν δ' ἀνευ τῶν λυθῆ, ὑποσφοῖ παλιν ἔσαι τῆς ἀρρώστιας, ἢ ἰσχίων, ἢ σκελέων ἀλγῆμα ξυμβήσεται, καὶ πύσεται παχέα, ἢ μέλλη ὑγῆς ἔσεισθ. *Sin* verò *citra* hæc solvatur, revertetur morbus, vel *coxa*, vel *crurum dolor* continget, & si evasurus sit, *crassa* exspuet.

Et sanè magnam naturæ vim esse, quis non animadvertit. Singulas lustrat partes corporis, expurgat, à sorditie liberat, vigorique pristino restituit.

CAPUT XXXII, causus spurrius quò modò tendat ad salutem, ostendit.

IN ILLEGITIMA ardente, ad **SALVTEM** terminationis modum proponit *Cous 4. de rat. videt. in acutis t. 13.* nempe κατ' ἔκρηξιν; & quidem τῶν ῥινῶν, per hæmorrhagiam narium: vel κατ' ἀπόσπασιν, per abscessum. τῶ τοιοῦτῳ ἦν μὴ αἷμα ἐκ ῥινὸς ῥυῆ, ἢ ἀπόσπασμα πρὸς τὸν τράχηλον γένηται, ἢ σκελέων ἀλγῆμα, καὶ πύσματα παχέα πύσῃ, ἢ ἰσχίον ὀδύνη, ἢ αἰδοῖσιν πελῖωμα [ταῦτα δὲ ξυστάσεως τῆς κοιλίας γίνεσθαι] & κέμεται καὶ ὀρχίς ἐσταθεῖς, κρητικόν. *Huius* iudicatio minimè continget, nisi sanguis è naribus profluxerit, aut abscessus circa collum, aut *crurum dolor* oboriatur, & spurra crassa exspuat (quæ alvo suppressâ contingunt) aut *coxa* dolor, aut pudendâ livor obveniat. Testiculi etiam tensio iudicationem significat.

Galenus in commentò hæmorrhagiam narium in illis spurriis admittit febribus acutis, ἐφ' οἷς ἢ τὸ πάθος σύστασις ἐν τῷ πνεύ-

μορι

μονι γίνεται, quorum sedes est in pulmonibus. In hujusmodi enim affectionibus caput incallescens, sanguine repletur, effunditque, quod ex eo redundat, tum ruptis, tum adaperitis venis.

ABSCESSVS ratione loci variant. Quidam *ἀνω*, superius contingunt circa cervicem & aures, ut parotides, iisdemque à causis, quibus hæmorrhagiæ narium, oriri docet. Quidam *κάτω* deorsum vergunt, & hos solùm habere locum, asserit in iis, quibus affectionis constitutio in partibus, quæ secundùm jejunum intestinum vel hepar sunt, existit. Ejusmodi abscessus sunt pudendi livor, & testiculi intensio, quæ nonnunquam ab inflammatione, in se ipsò accensâ; nonnunquam per attractionem ab iis, quæ superius sunt inflammata fieri assolet. Hujus generis abscessus in malignis aliquoties observavit *Illustr. Dn. Preses*, ut ejus analec̃ta notant.

Per SPUTA crassa terminationem etiam recipit illegitima ardens, cujus fomes in pulmonibus est, & quidem *πίψως, ἥδη γερονίας, coctione jam tum factâ.*

CAPUT XXXIII

signa futuræ criseos ejusque effectus demonstrat.

IPSA natura morborum acutorum evidentissimè demonstrat, quòd ardens terminari amet per crisin, eamque perfectam ad salutem. Calida hujus natura atque urens per excretionem sublevari consuevit, juxta sententiam *Galeni 1. de arte curativâ ad Glauconem.*

EFFECTUUM habitâ ratione crisin imminere conjicitur, si cum morbo pugnam subiisse naturam animadvertatur, & vehementia adpareant symptomata, quæ juxta *Galenum in comm. ad aphor. 7. libr. 5.* in morbis acutis, licet sint vehementissima, aliquando bonas operantur crises. Ita dolor & gravitas contumax capitis hæmorrhagiam imminentem; anxietas circa cor vomitum enormem præauntiant. Hòc modò secernuntur mala,

mala, & crisis perfecta est, quâ natura liberata à sordibus, bonam spem ad vitam recuperandam sponder.

In statu ardentis signa coctionis, qualia in urinâ, dejectionibus alvi &c., adparent, optimæ sunt notæ, & mortem profligatam clamant.

CAUSÆ indicant criseos adventum in ardente, quæ ex bilioso calido effervescenti constans sanguine irritat naturam, ut expellat, & levamen adquirat.

TEMPVS criseos ex ardentis ideâ cognoscitur. Quò celerius movetur ardens & quò vehementius ad statum vergit, eò citius crisis adparet. Optima fit, si in statu exacerbationis accidat. Ardens, ὁ ἐσχάτως ὄξυς πυρετός, *extremè acuta* quartò die terminari solet, plerumque lethaliter. Ita nobilissima Eleonora Elisabetha Rolfincii filiola ante annum tali laborans extremè acutâ febre, gravissimis comitatâ symptomatibus, quartâ die extincta fuit. Κατόξυς, *peracuta* septimò, ὁ ὄξυς ἀπλῶς, *simpli-citer acuta* decimò quartò die judicationem patitur & finiuntur.

HORA instantis crisis ex eò prædici poterit, cum ipsum momentum observatum fuerit, in quod status exacerbationis incidit, & natura certamen cum dexteritate habere advertatur.

SYMPTOMATA & EFFECTVS tempus crisis indicant, id quod apparet ex *aph. 13. libr. 2. Hippocratis*. ὀκόσσισι κρείσις γίνεται, τετάρτοιον ἢ πρὸς δύσφορον ἢ πρὸς ἑπταροξυσμῶν, quibuscumque fit crisis, iis nox gravis ante accessum.

Coctio in ardente quartò die adparens, septimò crisis futuram indicat, 2. *aphor. 24.* τῶν ἐπὶ ἢ τετάρτη ἐπίδηλον, *septenarium vel septimi quartus dies est index*. Comprobat idem 4. *aphor. 71.* ὀκόσσισιν ἐβδομαία κρίνεσθαι, τετάρτοιον ἑπταροξυμῶν ἔχει τὸ οὐρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον. Quibus septimò die judicatur morbus, iis quartò nubeculam habet urina tubeam, & alia ex ratione.

CAUSÆ. Tempus anni, aëris constitutio calida, æstas, celeriores crises indicant. Aspectum siderum modò crises accelerare, modò easdem retardare posse, nonnullorum est opinio.

LOCVS,

LOCUS, per quem materia à naturâ evacuat, non unicus tantum est, sed varius. Sanguis per nares, per uterum, per hæmorrhoidas effluit. Ardentes etiam per sudores expellunt succum à sanguine diversum; nonnunquam vitiosos humores ἀνω καὶ κάτω per vomitum & alvi dejectionem ejiciunt. De locô excretionis certiores nonnunquam nos facere solent symptomata. Ita κεφαλαλγία vel hæmorrhagiæ per nares vel vomituum sunt augures. Turbationes alvi, diarrhoeam; dolores coxarum & lumborum per uterum; ani pruritus & gravitas alvi per hæmorrhoidas crisin fieri prædicunt.

SUDORIS indicium est **RIGOR** cum suppressione urinæ, pulsus undosus & fluctuans.

URINA judicare potest ardentem, si in majori copiâ die criticô judicatoriô emittatur.

Per πνευματισμὸν spiritum felicissimè terminatam ardentem illustris Dn. Præses adnotat in suis scriptis, idque continuum, copiosum, diurnum & nocturnum. Prælagiri potest, cum ad fauces multa & copiosa humiditas descendit.

CAUSARUM ratione febres biliosas & ardentes per sudorem terminatum iri, ostendit cutis in ægrô raritas & inclinatio ad sudorem.

In continuis ardentibus & malignis rubor si adsit faciei, capitis gravitas, surditas cum sopore, urinâ semicoctâ, locus crisos per abscessum post aures erit, & prædici possunt parotides. *Excell. Dn. Præses ordine & methodô de febribus cap. 74.*

QUALITATE cum bilis peccet, πεπασμῶν concoctione à naturâ factâ, per crisin expurgari illa debet. Si ergò biliosa cocta excernuntur, bona crisis est & laudabilis, nullaque timenda recidiva.

QUANTITATE copiosâ & sufficienti si excernatur noxium, laudabile est & salutiferum. **TEMPORE** debitô quando fit judicatio, bonum est. Fieri debet in statu morbi & die criticô, quæ optima est. Ante diem tertium nulla bona fieri potest crisis, quia tam brevi spatiô humor à naturâ non potest concoqui. Tertiô autem die sudores supervenientes, & quinto & septimô & nonô &c. boni sunt, juxta *Coum 4. aphor. 36.* **SEPTIMUS** dies tutissimus

I

est

est dies criticus, & propterea à Galenò πρώτη ἡμέρα, PRIMUS vocatur libro 1. de diebus decretoriis. Excretio autem laudabilis evadit, si cum impetu & confertim antegressâ perturbatione per loca conferentia fiat.

DE ABSCESSU etiam hîc notandum est, quòd ille bonus fit, qui à parte nobili justò tempore ac modò repentinò concoctâ jam tum materiâ fit, & infra, procul & capacem occupavit locum. Locus præprimis totius materiæ capax esse debet, aliàs nullum indè levamen, sed potius mors expectanda. Historias hujuscemodi adnotatas vide apud Hippocratem 1. epidem. comm. 3. t. 26.

INFELIX EXCRETIO, vel abscessus ex his metuitur, & infelicem salutis eventum prædicit, cùm humorum observatur magna malignitas & ingens corruptio, & de cæteris animadvertitur contrarium. Falsa crisis nulla crisis; solet enim mortem accelerare. Ægrotis magna spes salutis affulget, si liberalis humorum vitiosorum excretio sequatur; contra malè res ægrotantium stant, si pro largâ pauca contingat crisis, quæ mala est fidei. Ita pro hæmorrhagiâ σίξις, stillicidium naris exiguum; pro sudore ἐφίδρωσις, levis & crebra sudatiuncula; pro excretionem per ampla loca vasis amplis prædita, abscessus fiunt post aures, vel prope cutim ἐξείθημα.

CAPUT XXXIV.

Causi in alios morbos terminatio.

TERMINATIO ardentis per bilis in habitum corporis effusionem nota est.

AD SALUTEM ea tendit transmutatio icterica juxta aphor. Hippocr. 64. libr. 4. ὀκρόσειαν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τῆ ἐβδόμη, ἢ τῆ ἐνάτῃ, ἢ τῆ ἐνδεκάτῃ, ἢ τεσσαρεσκαίδεκάτῃ ἵκτερι δὴ γίνονται, ἀγαθόν ἢ μὴ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν ἢ ἢν ἢ μὴ, σὺν ἀγαθόν. Quibus morbus regius in febris septimò, vel nonò, vel undecimò, vel decimò quartò supervenerit, bonum; nisi dextrum hypochondrium obduruerit. Si verò non, non bonum. Notabilis etiam est ille aphorismus, cujus in coa-

eis praenotionibus meminit Hippocrates, icterum post septimum diem esse signum sublatis sudoris. Hoc innuere videtur, morbum tunc neque per sudorem, neque per abscessum terminari. Exempla hujusmodi proponit *Ballonius libr. 2. consil. 31. p. 261.*

AD MORTEM terminari solet, juxta *aphor. 62. Hipp. libr. 4. ἐκόςοισιν ἐν τοῖς πυρετοῖσιν ἔκταξι τῆς γίνοντα πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, κακόν.* Quibus in febris icterus ante diem septimum supervenerit, malum. Probè hic notandum, cujus in commentò ad hunc aphorismum *Galenus* meminit, quòd in quibusdam exemplaribus adjectum conspicitur circa finem: NISI HUMORES PER ALVUM CONCEDANT. Forte àn ex mente *Hippocratis*, qui *1. epidem. sect. 3. 1. 65.* duorum aegrotorum mentionem facit. Nempè, *Heraclicida* ardente laboranti sextò die regius supervenit morbus, cui largus sanguis è naribus profluxit, alvusque conturbata erat, & per vesicam perpurgabatur, vigesimò die judicatione est liberatus à morbò. Qui autem regium morbum habuerunt, nullà superveniente vacuatione, mortui sunt, ut *Panagareon*, servus *citatò loco* itidem descriptus.

Permutatur etiam febris ardens in aliquam partium principalium, ut cerebri, jecoris, ventris, &c. inflammationem erysipeladotem, vel in ipsum erysipelas ob familiaritatem materiae & viarum. Transmissa materia ad cerebrum, phrenitidem inducit; ad hepar inflammationem parit. Hæc autem permutatio morborum acutorum ut plurimum lethaliatem infert. Nam rarissimum est, quòd quis ex permutatione acuti morbi in alium acutum evadat. *Petrus Salius Diversus comm. 1. de morbis sect. 2. textu 16.*

Per siccitatem ad mortem terminari, probant *Hippocratis 1. de morbis circa finem* elegantiav erba: ὅσοι δ' ὑπὸ καύσας ἀποθνήσκουσι πάντας ὑπὸ ξηρότητος ἀποθνήσκουσι, qui ex febre ardente intereunt, omnes ex siccitate pereunt.

CAPUT XXXV curationem orditur.

Hostis alterum oppugnaturus non prius intendit lucam, quam machie

machinamenta & vires à contrariâ parte probè sit expertus. Quare nos cognicâ causi causâ ejusque signis intrepidè ipsum oppugnamus, certâ spe freti, divinò adspirante flatu fortiter à nobis profligatum iri.

Causum aliquando curabilem, aliquando incurabilem esse, nemo negaverit; utrique tamen debetur curatio. De illâ res integra; de hâc non item. Interim semper aliquid agendum, ut naturæ succuratur, medicusque ejus fidelis proclametur minister. Incurabilis licet quandoque hæc videatur febris, nunquam tamen derelinquendus æger. Hippocrates 2. aphor. 19. docet, quòd acutorum morborum non omninò certæ sint prædictiones, aut salutis, aut mortis. Hoc observet medicus, & si advertat, periculum imminere inevitabile, cum prognosticò adstantibus revelandò agat, quantum poterit, contendat cum morbo, naturæque per remedia opem præstet.

CAPUT XXXVI

methodum medendi indicationumque fontes considerat.

IN artibus & scientiis duo obtinere oportet: τὸ τέλος καὶ τὰς ἐπιπέρας τὸ τέλος καὶ πρᾶξις, finem, & eas, quæ ad finem pertinent, actiones, secundum Aristotelem 7. politic. cap. 13. Causi curatio duobus quoque obtinetur. FINIS, qui est sanitas, à medico in mente concepta, & MEDIA. ACTIONES seu operationes, quibus sanitas impetratur, sunt auxilia & instrumenta per ἐνδείξεις indicationes manifestata.

Fundamentum itaque curationis consistit in *metodo medendi*, quæ per indicationes eruit auxilia & præsidiorum materias.

METHODUS MEDENDI est vel UNIVERSALIS, quæ universalia continet theoremata, nititur suis indicationibus, & medicum dogmaticum ab empirico, qui solâ experienciâ curationem adgreditur, distinguit; vel PARTICULARIS, quæ per omnes corporis partes universalia applicat theoremata, inque illis medicinam exercet.

INDI-

INDICATIONES desumuntur communissimò modò à REBUS SECUNDUM NATURAM, quales sunt sanitas, causa sanitatis & actiones, quæ conservationem; & PRÆTER NATURAM, quales morbus, causa morbi & symptoma, quæ omnia sui ablationem indicant.

CAUSUS, intemperiei morbus insignis, tanquàm res præter naturam, indicat sui ablationem, & quidem triplici è fonte. Ut MORBUS requirit CURATORIAM, quæ simul & causam continentem cum morbo respicit. Morbus in intemperie consistens calidâ indicat refrigerantia & humectantia sibi contraria. Occulta & maligna cum sese admiscet qualitas, alexiteria monet adjungenda. CAUSA, humor scilicet biliosus putridus alterationem, concoctionem, evacuationem postulat.

PRÆSERVATORIA, *προφυλακὴ* dicta, SIMPLEX, causas, nondùm facientes morbum, aufert. MISTA est alia curationi, quæ tùm causas proximiores, tùm remotiores eliminare jubet, omnemque navat operam, ut humores vitiosi ad morbum apti nati evacuentur, ne malum serpat latius. In specie hæc respicit humores tùm alimentales, tùm excrementitios. Hi cum peccent

τῷ πῶσῳ, *quantitate*, minuendi, & quidem sanguis emissionem; cacochymia purgantibus, vomitoriis, sudoriferis, diureticis, alterantibus est demenda. Evacuantur autem vel simul & semel, vel partitis vicibus.

τῷ πῶσῳ *qualitate* eaque manifestâ calidâ, quæ frigidis; siccâ, humidis attemperanda; occulta alexipharmacis corrigenda.

τῷ πῶσῳ, *secundùm ubi*, *motu* peccantes humores depravatè hōc in adfectu per disgregationem, ebullitionem seu fermentationem, concoquentia, alterantia, præcipitantia postulant. *ἄμβιμιτῶν*, *ἄ* & *Ἰσθρι Paracelsistarum*, accensio refrenanda, demulcenda, efferatioque eorundem sopienda per sibi contraria. *Archeus Helmontianus* iratus placandus: *Acor ejusdem* sopiendus. *Succus acidus pancreaticus*, à quò omnes morbos, ita & febres, originem ducere jam proclamatur, attemperandus erit.

AVERTENS, quod humores concitationi raptu moti indicant, non negligendum. AVERSIO in ardente fit vel *ἀνίστασθαι*

REVULSIONE, cùm facultas expultrix humores à purgante assumptò fermentatos expellit, & ita ipsis ruinam minantibus, frenum injicit. Vel DERIVATIONE, à Galeno 3. meth. med. cap. 3. παραχέτης quæ appellatur, quæ mobiles adhuc & fluctuantes, nondumque cordi extremas struentes insidias expellit armis tum chirurgicis, tum pharmaceuticis.

SYMPTOMATA, quatenus causæ rationem obtinent, solum indicare, olim docuit Galenus libr. 12. meth. med. cap. 1. PER SE autem indicare recentiorum est opinio, & rectè quidem. Nam res sunt præter naturam, sui ablationem indicant, sibi que peculiariter poscunt remedia. In febribus, præcipuè ardente, quam comitatur SITIS inextinguibilis & CALOR exurens, tum ratione sui, tum ratione causæ, quam sustinent, febrim intendunt, spiritusque accendunt, dissolvunt, actionesque laedunt. DOLOR capitis intensissimus anodyna; VIGILIE nimia soporem inducentia indicant. EVACUATIONES quoque non negligendæ, quæ si CRITICO erumpant die & perfectæ sint, in ardente medicus spectatorem modò agat, non auctorem; imperfecta si observetur, coadjutorem se præstet.

Ενδειξις ζωική, VITALIS INDICATIO magni olim est habita à Galeno 9. methodi cap. 13. dùm in sequentia prorumpit verba: πρῶτον μὲν οὐν ἀπάντων σκοπὸς, ὁ τῆς δυνάμεως ἴσθι. Prima omnium indicatio est, quæ sumitur à viribus.

Tria sunt, à quibus indicatio hæc desumi potest. Naturalis membrorum constitutio, quæ vires cordis & totius respicit, inprimis temperamentum cordis alimentis reficiendum & medicamentis appropriatis confortandum postulat. Deinde causa naturalis constitutionis seu virium, quæ spiritus & humores modò quantitate, modò qualitate peccantes respicit, & utrobique sibi simile proportionatum innuit. Demùm accidentia naturalis constitutionis, quæ sunt actiones, indicant suam custodiam, ut expediantur ἰκανῶς, κατὰ τὸ χεῖρισμὸν καὶ ἀλύπτως, καὶ ἀνεμπόδιστως, integrè, utiliter & suaviter, constanter & perseveranter.

Ut itaque ritè procedatur, curatio juxta consensum & legem indicationum inchoanda. Sin graviora urgeant & periculum

culum in summâ virium imbecillitate animadvertatur, aliud agendum negotii, ut vitali tantum satisfiat indicationi, & symptomatibus aliis sepositis, præservatoriæ vitalis præferatur. Hinc ut lapsus virium ulterius præcaveatur, in ardenti febre in sene propinari poterit vinum idôque ὀλιγοφόρον, aquosum & tenue, ad refocillandas vires easque corroborandas.

CAPUT XXXVII.

Causus per contraria citò, tutò & jucundè curatur.

AXioma immotum & immutabile fundamentum est, quò, acce compendiò, ars medendi concluditur: CONTRARIA CONTRARIIS CURANTUR; SIMILIA SIMILIBUS CONSERVANTUR.

Galenus librò de constitutione artis cap. 12. eleganter ostendit, tum in morbis intemperiei, tum malæ conformationis semper curationem fieri per contraria. Quin communissimus generalissimusque est scopus CONTRARIUM, ab Hippocrate designatum. Ideò calido morbo convenit frigidum, & intemperies, quæ alterationem à contrariis expectat qualitatibus, ad temperiem justam reducenda est.

Ardens cum sit morbus acutus, magnus, κακοηθής, malignitatem nonnunquam habens conjunctam, remedia & præfidia sibi requirit contraria, magna, alexiteria, bezoardica selectissima. Symptomata ejusdem similiter contraria expectant. Lingua æstu exsucca reddita refrigerantia desiderat, & humectantia. Cor inflammatum aëre frigido delectatur, tanquam contrariò, incendiosis fuliginibus dissipandis aptò flabellò.

Ad methodicam causi curationem non sufficit contrarietas generalis ratione ideæ vel essentiæ aut accidentium, respectu habitò ad magnitudinem, morem vel celerem motum, sed necessaria omninò est proportio æqualitatis in gradu, quæ mensuratur ad normam morbi & temperamenti individualis.

Ita

Ita contrarium **SIMPLICITER** **ITA** **DICTUM** respectu solùm habitò ad morbum quatenùs talem, non sufficit, sed tale contrarium, quod etiam **SIMILE** sit & naturali temperamento ante morbum correspondeat. Hinc **GRADUS** contrarietatis probè considerandus, & in remediis propinandis observandus. Remedia enim talia esse debent, ut sint *αἰάλογα τῷ μὲθ' τῆς δυσκρασίας, proportionalia in magnitudine qualitatis ad intemperiem.* Contrarium *σύμμετρον*, *equale* omne fert punctum in curatione, & minori periculo est conjunctum.

Ardens, cujus essentia in calore exurente consistit, solis refrigerantibus se delectat, tanquàm contrariis. Nam frigida remedia à febre, ut talis est, indicantur, quia calidus est morbus. Hoc innuit *Galenus 8. methodi medendi cap. 1. & libr. 11. cap. 2. & 1. aphor. 24.* Item *libro 9. cap. 14. ἅπαντες τοίνυν πυρεῖς, καὶ ὅσον ὅτι πυρετὸς, ὑγρότης καὶ ψύξις ἰάματα.* *Omnia febris, quatenùs febris est, humectatio & refrigeratio sunt remedia.*

Verùm notandum est, quòd contrarium *strictè* ita dictum hìc non omne absolvat punctum. In *latà* significatione acceptum multum valet, idemque est, quod *ἀντίθετον* *oppositum.* *Ἐναντίον αἰάλογον καὶ σύμμετρον* convenientissimum est & maximi momenti. Ita sanguinis missio in ardente maximè proficua, non tamen ut contrarium propriè dictum, sed ut oppositum febrì tali.

Chimici Δ inflammatum in ardente extinguunt Δ acido refrigerante, ferocientesque spiritus coagulante. Δ medicum expellit morbificum, & ita fit curatio per contraria.

Ardens ut **TUTO** curetur, generosa & selectissima exoptat remedia, tùm ratione, tùm experienciã creberrimã comprobata. Sic medicus omni suspitione exemptus contra morbum tutò pugnare potest, licet de salute nonnunquàm dubia oriatur spes. Interim agat, quantum poterit, & præstabilius est, aliquid agere, quàm nihil.

CITO curatur ardens, tùm ob ejus celerem motum, morbi que gravitatem, tùm ob brevitatem. Acutus morbus brevis est & citò desinit esse.

JUCUNDITAS dependet à medicamentorum, quæ τῶν
θεῶν

ἡεῖν χεῖρες appellantur, generositate, eorundemque propinatione. Jucundum quoque est & salutis spem promittit, si aegroti ad oblata se benè habeant. Medicus prudenter quando agit, resque feliciter succedit, DEUS habetur, & teste Celsò libr. 3. de re medicâ cap. 4. officiò suò secundùm Asclepiadem ritè fungitur, & CITÒ, TUTÒ & JUCUNDÈ curat.

CAPUT XXXVIII.

Methodus Helmontiana negligitur.

Helmont indicationem ab Archæi furore & corruptione deducendam, curationemque ad alterati Archæi restitutionem restringendam esse asserit *librò de febribus*.

Alibi indicationem in febribus curandis per sudorem extollit, dùm Archæus propriâ thymosi seipsum accendit, calidumque sudorem profundit, sicque medico viam monstrat, per quam febrilis calor sit expellendus.

Verum enim verò sententia hæc Helmontiana formosa licet videatur, tam debilis tamen est, ut vel levi impulsu tota penitus diffiliat. Archæus in generatione horum morborum tantum nec potest, nec valet. Soli sudori nec omninò est fidendum.

CAPUT XXXIX

causas curationis proponit & materias præsidiorum ex chirurgiâ exhaurit, in specie venæ sectionem.

Aἰθεύουσις νόσων ἰατροί. *Natura morborum curatrices.* In ardente

K

mente non sola hoc præstare potest NATURA, quæ causa sanationis est interna, sed ut MEDICUS, naturæ minister, simul accedat, necesse est, qui curationem per sanitatem, in mente conceptam, ceu artificiosum opus perficit.

Materia τῶν βοηθημάτων, *auxiliorum*, quibus finis hic imperatur, sunt inanimatae instrumentales causæ, ὄργανα τῆς ἰητρικῆς, *instrumenta medicine* adpellata. His prudenter à medicò adplicatis, si possibile est, deperdita hominum sanitas in pristinum reponi potest vigorem.

Apparatus earum ex tribus ordinariis desumuntur fontibus: chirurgico, pharmaceutico & diætetico.

FONS CHIRURGICUS variis auxiliis succurrit febricitantibus causariis, dum ipsis inservit evacuando sanguinem & succum diversum vel *sensibiliter*, vel *insensibiliter*. SENSIBILITER sanguinem ex VENA SOLA evacuat Φλεβοτομία, VENÆ SECTIO, Romanis olim infamis, & inter militares ignominias relata, quæ maximè est necessaria & in causi curatione admiranda præstat auxilia, dum justò tempore administrata à limine febrili aestu profugatam revocat vitam.

INVENTIO consistit ἐν κατάληψι & ἐνδεικνυμένη καὶ τῷ ὠφέλει & αἰμα τῆ ἀτενδεικνυμένη καὶ τῷ βλάπτονι & κατάληψι, in *perceptione indicantis & juvantis, simul & prohibentis & nocentis*. INDICATUR ὡς τὸ ὠφέλει, ut *juvans*, venæ sectio in ardente ratione copix, cum plethoræ adest excessus, ut evacuatorium; *ratione motus*, ebullitionis, fermentationis & segregationis, ut revulsorium; à *causis foventibus* & modò curatorii vicem gerit, dum refrigerium inducit sanguini æstuanti, & caliditatem partium sopit. Conducit similiter ut *causa, sine quâ non*, cum cacochymia adest, quæ pravum Διαχωρήσεως motum respicit, ejusque minorationem indicat.

Signa permittentia & prohibentia comprehendit Hippocrates 4. de rat. vict. acut. t. 19. αὐτὸ δ' ὄξεια πάθηα, inquit, Φλεβοτομίας, ἢ ἰσχυρὸν Φαίμησιν τὸ νόσημα, καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζουσι τῆ ἡλικίῃ καὶ βίωσιν παρῆ ἀυτέοισιν. In *acutis detrahens sanguinem, si vehementis morbus videatur, floruerit, ægrotantis ætas, & virium adparuerit robur*. Sin secus se habeant, contra indicant & prohibent.

hibent. VIRIUM IMBECILLITAS imprimis non admittit
detractionem sanguinis.

Convenit V. S. in adultis non modò, verùm etiam in iunioribus. Ætas florida, ἢ ἡλικίη ἀκμάζουσα, quæ media ætas vocari solet, eligitur ab Hippocrate citatò locò. In Galliâ nulla ratio habetur ætatis, sed pueris ipsisque infantibus demitur sanguis. Senilis ætas, præsertim plethorica, non prohibet detractionem hanc sanguinis.

SEXUS quilibet aptus est ad istam. Locum infimul habet in gravidis, quibus acutò morbò oppressis tutò vena aperiri potest, nullò cum abortus periculò. Moderanda tamen erit *monitore Hipp. 5. aphor. 30.* ne abortus sequatur.

In actu curationis quòvis anni tempore & hora vena aperiri potest. Nullus astrorum positus vel adpectus hinc observatur, sive faustus sit, sive infelix, urgente necessitate nulla legis observatur regula.

Res præter naturam evacuationem hanc indicant, quatenus sanguis peccat ut causa minùs principalis.

CAPUT XL

argumenta contra venæ sectionem allegat, eaquæ rejicit.

IN ardentibus multi abhorrent à venæ sectione, verenturquæ detrahere sanguinem, longiùs à naturâ sanguinis recedentibus humoribus, pro patrociniò suò utentes autoritate *Avicennæ*, qui librò 4. fen. 1. tradt. 2. cap. 43. venam non esse secandam statuit, quia periculum sit, ne fiat ebullitio bilis, quæ si in aliquò morbò metuenda est, omnium maxime in febre ardente, quæ biliosissima est, timendam esse censent.

Alii mediam insistentes viam, quandoque convenire, quandoque non, pro ratione febris, materiæ & virium, asserunt. *Febris ardens exactè exquisita*, hoc est, in intemperie calidâ & siccâ consistens, tempore ætatis, Sirio urente corpora, cælòque calido existente & siccò, in regione calidâ, cœtera-

que ad bilis abundantiam facientia quando conspirant, non convenire venæ sectionem, neque ipsum *Galenum librô 6. epidem. comm. 4. t. 44.* admittere affirmant. *Sin minus & non exquisita ardens fiat*, temperamentô sanguineô ob conversionem tenuioris partis sanguinis in bilem, sanguinem mittendum suadent ex *librô 2. de different. febrium cap. 9.* Ejusdem sententiæ est *Hercules Saxonia librô 8. pract. de febribus cap. 33.*

Hieronimus Mercurialis librô 5. pract. de febribus cap. 10. in ardente, ex mente *Avicenna & Averrhois inquit*, aut multus aut paucus sanguis potest esse bili conjunctus. In *priori casu*, qui ex urinâ turbidâ & rubrâ cognoscitur, licet sanguinem mittere; in *posteriori*, qui ex tenui, flavâ & claritatem aliquam habente urinâ indicatur, à V. S. abstinendum est, ne frenum bili auferatur.

Horatius Augenius tomô 2. de curat. per sanguinis missionem, libr. 4. in exquisitissimo causô incisionem venæ semper admittit. Sanguinis effervescentis adest plenitudo, acutissimam progenerans febrim, ideoque saluberrimum est sanguinem detrahere, etiam ad animi deliquium. Calor etiam maximè exurens, qui à plenitudine biliosi sanguinis effervescentis originem trahit, evacuationem quoque intimat, *libr. 7. cap. 13.* Non autem simili procedendum modô esse addit, cum flava bilis excrementitia causum effecerit, vel venulis æstivâ tempore arefactis & humiditates biliosas ad se trahentibus. Colligitur itaque ex his, V. S. minimè convenire in ardente à bile flavâ excrementitiâ; maximè verò proficuum esse in febre à bile flavâ alimentali ortum trahente.

Verùm hisce omnibus non obstantibus generosum & vitæ humanæ maximè proficuum & præsentaneum auxilium in omnî ardente fore venæ sectionem omninò censemus, modò conditiones ab *Hippocrate* acutis febribus præfixæ adsint, nullaque pestifera se admisceat malignitas. Ita unâ eademque operâ & pars materiæ peccantis auferatur, sanguis effervesfactus ventilatur, refrigeratur, & à nobilioribus partibus revellitur. Bilis sola non peccat excrementitia hæc in febre, sed simul sanguis calidus & siccus, qui sanè magnam indicantis vim hîc obtinet.

Pro-

Prohibent verò eandem criticæ evacuationes, quæ aliàs turbarentur, eorumque motus impediretur.

CAPUT XLI rectum venæ sectionis usum determinat.

QUANTITATEM CONTINUAM quod spectat, quandoque in MAGNA COPIA & ἀθροτίεσιν, largissimam evacuationem admittit unâ vice, semel & effusè magnus PLETHORÆ excessus; quandoque tamen minus, pro ratione plethoricæ congestionis & virium consensus evacuari omnium suffragio potest.

Galenus in comm. ad aphor. 23. libr. 1. in febribus ardentissimis τὸ πῶσον τῆς κινήσεως τὴν λειποψυχίαν, mensuram curationis animi deliquium constituit.

MENSURA & REGULA quantitatis restringenda est ad vires ægrotantis, quæ si validæ sint & constantes, μέχρι τῆς λειποψυχίας ἀφαίρεσιν admittunt. Commoda, quæ à deliquiō hōc animi proveniunt, subjungit paulò inferiùs, nempe: totius corporis habitus refrigeratur, febris extinguitur & plurimis etiam alvus citatur, sudoresque emanant. Indè nonnulli prorsùs sanitati sunt restituti, nonnulli plurimùm adjuti vehementiam ægritudinis superârunt.

Amatus Lusitanus centur. 3. curat. 33. in juvene, urinâ crassâ adparente & rubrâ, è dextrâ venâ jecorariâ sanguinem ad ℥viij & die sequenti ex basilicâ sinistrâ ad uncias totidem extraxit.

TEMPERAMENTA calida & humida faciliùs ferunt copiosam evacuationem; calida & sicca verò difficiliùs. HABITUS corporis floridus, carnosus, ætas florida ac media, & sexus masculinus liberaliorem, quàm sequior, perferunt venæ apertionem.

REGIONES calidæ largiores ferunt sectiones. *Gallia ca-*

lidis morbis & febribus ardentibus largissimè eliciunt sanguinem, nulli parcentes ætati.

Riolanus libro de circulatione sanguinis cap. 20. in continuis putridis, etiam ardentibus innoxie ante diem septimum pro vehementia febris, vel intra decimum quartum diem dimidiam partem vel quantitatem sanguinis demi posse asserit. Germano & Belgæ quindecim; Gallo decem libræ tutò detrahi queunt, cum *juxta Plempium* illi triginta, hic viginti tantum libras sanguinis habere asseratur. Non possum, *inquit Riolanus*, sine commiseratione historias agrorum legere *in observationibus Platæri*, qui febribus ardentissimis torrefacti fuere absque venæ sectione.

CACOCYMIA mediocris si advertatur, sanguis liberalis demi potest; si magna sit, sanguini parcendum, alterantibusque compensandum, quod V. S. præstari nequit.

Frigidiores regiones, septentrioni viciniore, non tam æquò ferre volunt τὰς τῆ ἀίμα] & ἀφαιρέσας largas, licet ardentibus affligantur morbis.

DISCRETA QUANTITAS. Satiùs est, unâ vice detrahere sanguinem, cum morbus admodum vehemens sit & peracutus. *Tutiùs* alii procedunt, inque principio minus, quam necessitas postulat, emittunt, venæque repetunt apertionem. Utrobiq̃ tamen respiciendum est ad vires.

TEMPUS in actu curationis acutorum qualibet est dies, qualibet hora & momentum, præsertim in principio, cum ardor febrilis ad statum properare advertatur; interdum quoque non necessarium non est, sanguinem detrahere in ipso quoque statu, si vires permittant, symptomataque urgeant. Ita ardentibus implacabili furore sævientes & graviora minantes exleges fiunt, & vel in statu ipsò admittunt, secundum eloquium *summi nostri Rolsincii*, in ordine & methodò de febribus. Nullus positus astrorum juvat, nullus Planetarum cursus observatur. PERICULUM IN MORA omne removet dubium, Dilatione & procrastinatione occasio è manibus aufugit, viresque à violentiâ morbi supprimuntur. Observanda tamen erit ea hora, si poterit, quâ æstus non tam sævus existit ac furens,

LOCUS

LOCUS varius denominatur ab *Autoribus*. Si à parte aliquâ determinatâ originem non ducat causus, *basilicam*, quam *Caprius* secat, vel locô ejus *medianam* seu communem secari docetur. Commodissimus locus est **MEDIANA**.

Si caput atrociter petat sanguis, & ob clausas venas exire nequeat, in acutis optimum est *venas narium* aperire, docentibus *Hippocrate* & *Galeno* 6. *epidem.* 6.

Insigniter ad æstum refrenandum, deliriumque & alia imminencia symptomata præcavenda, multum præstat apertio *cephalica* vel *salvatella*.

Nec minùs hîc succurrit *bypoglottidum* sectio, à quâ plurimum capiti deliranti & faucibus accensis dependet levaminis. Tempus hanc secandi indicat amaritudo in ore percepta, linguaque exsueca, cumque metus sit anginx.

Evacuationem per *hemorrhoidales venas*, quæ fieri debet appositione *birudinum*, in ardentibus & malignis magis conducibilem æstimat *Fabricius Aquapendens*, dùm ex arteriis sedalibus & venæ cavæ propaginibus materiam trahat magnò cordis levamine.

Causi soluti per crisi, sanguine juxta radicem pollicis pedis dextri evacuato meminit historia *Zacuti Lusitani de prax. med. admirand. libr. 3. observ. 110.* quam *Sennertus in paratipomenis* recenset.

MODUS. Foramen jubent fieri tenue & angustum, per quod tenuis, calidus & biliosus sanguis exire queat, absque eò, quòd spiritus exhalent. Ante apertionem æger sumat jusculum, vel cochlear unum aut alterum de julepo confortante. In ipsâ administratione æger vel sedeat, vel decumbat, ipsique omnis metus avertendus. Deligatione peractâ & post clausum vulnus porrigatur aliud confortans vel alterans. Si somnus arideat ægro, non denegandus, adstantes tamen sedulam habere debent curam, ne fascia & ligatura aperiatur.

Nectacitò prætereunda pede chirurgia infusoria ab *excellantissimo D. D. Job. Daniele Majore* inventa, cujus inventio uti laudabilis, ita egregius ipsius usus in febre tum ardente, tum malignâ medicum in curando reddet feliciorẽ.

De

De liquore infundendo jam controvertitur, *Prelaudatus* Auctor liquorem in *Chimiâ Rolfincianâ* libr. 3. *sect. 2. artic. 1. cap. 22.* descriptum salinæ naturæ celebrat, à quô in minori dosi adhibitum forte auxilium promittit.

Laudatur jam & omnium ore proclamatur SAL LIQUIDUM VOLATILE SYLVIANUM, tanquàm arcanorum omnium arcanum admirandum, adque hos usus quàm convenientissimum.

Talis generis liquor hic potest esse, cujus descriptionem chimix cupido hanc proponimus, nempe: Aquila esuriens, sive volitet, sive in nido hæreat, saturari cupit corde cervino ejusque cruore inebriari, quibus inebriata demoritur, putrescit in fimô, & tandem per novam generationem resuscitatur, juvenis facta eleganter nitescens, cui nisi maturô tempore novus struatur nidus, avolat in auras, nec amplius oculis se subjicit nostris.

CAPUT XLII

scarificationes explicat.

ARTERIOTOMIA in ardentibus vix habet locum. Nonnunquàm apertione salvatellæ ipsa simul pertunditur arteria subjacens, uti ex saltuosô, non rivulosô exitu conjicere licet.

Confugiendum est ad scarificationes cum & sine cucurbitulis, hirudinesque.

CUCURBITULÆ SCARIFICATÆ multum præstant auxiliû in febribus malignis, pulicularibus & petechialibus, dum citra insignem virium ja&uram sanguinem ex venis & arteriis αἷμα τῶς educunt, caloremque ab internis exteriora versûs evocant. Harum insignis usus est ad maturandam revulsionem, siquidem humores semper ferè impetuosum fluxum minantur capiti.

LOCUS, cui adfigantur, non sit dorsum, ne cor aliquid gravius patiatur, sed partes remotiores, brachia & pedes.

SCARI-

SCARIFICATIONES SINE CUCURBITULA, quæ sunt scalpello acutissimo fursùm trahendo ab inferioribus partibus, in superficie partium corporis, præcipuè adhibentur, ubi materiam aliquam acrem, malignam & venenatam evacuare cupimus, ne retenta ægrum in periculum conjiciat, aut infidioso motu ad interiora vergat.

Neapolitani dorsum eligunt. *Brasiliani* omnes ferè morbos, præsertim febres hõc solò remediõ restituunt, referente *Guilielmo Pisone de medicinâ Brasiliensi libr. 1. cap. 1.* Has non instituunt in malleolis, sed in femoribus, suris, brachiis & omnibus musculosis partibus, citra multam virium jacturam, instrumentis utentes non ferreis, sed spinis de arboribus & dentibus piscis lamix.

HIRUDINUM seu sanguisugarum adplicatio uti antiquis exosa, ita modernis illustris est & celebris in ardentibus & malignis. Non enim solùm sanguinem cutaneum crassum & limosum, sed etiam interiorem & tenuiorem à distantibus exhauriunt partibus. Inferiori adplicitæ gutturi magis profunt in febribus malignis & ardentibus curandis, quàm venæ sectio in brachio, dum ex sedalibus arteriis exsugunt sanguinem, unde cor mirificè sublevari, quis neget?

SYMPTOMATA nonnunquam variant locum. Cùm intensus adsit dolor capitis, *ἀρτηρία* contumax, in Italiã hiru-
dines adplicantur naribus.

MODUS adfigendi summam requirit prudentiam, ne nimis alta petant.

CAPUT XLIII chirurgiam per vesicantia addit.

VESICANTIA succum à sanguine diversum sensibiliter cumq, eò malignitatem à centro ad circumferentiam operâ vasorũ lymphaticorum & arteriarum eliciunt & evacuant. Egregiè de his differentem vide *Thomam Bartholinum, librò de vasis lymphaticis,*

L

642.

cap. 14. §. 10. In ardentibus & malignis summo cum fructu adhibentur utrisque extremis, brachiis & cruribus, cutim excoriant, urunt & vesicas excitant, in quibus multum serosi succi colligitur. Magni aestimat vesicantia *Hercules Saxonia librò de pbenigmi.*

Parantur hodiè ex cantharidibus, à *Dioscoride* quibus singularis adfricatur noxa, capitibus & alis rejectis, innoxie citra ullum dubium adplicari posse, compertum est hactenus. Modus parandi talis est:

℞ *cantharidum, abjectis alis & capitibus* ℥ij.
euphorbii, *sinapi conquis.* ā ℥j.
cum aceto acerrimo misceantur.

F. Pasta.

Vel: Nonnunquam cum fermento acri & semine ammeos ℥ij. & de spiritus vini q. s. commiscantur, ut fiat Pasta signanda: *Blasenziehender Teig.*

MODUS adplicandi est, ut de hac pasta, quantum lubet, capiat chirurgus, & ad thaleri latitudinem & crassitiem illinat parti, quæ dein lineâ, fasciâ deliganda. Intra trium vel quatuor horarum spatium vesica succo adimpleta reperitur, quâ forfice adaperatâ succus collectus emittitur. Hæc foliis brassicæ vel carne bubulâ recenti aperta servanda, quamdiu potest.

TEMPUS adplicandi in arbitrio medici est positum, quando commodum videtur.

Hisce adnectimus CATHETEREM tum cereum, tum argenteum, in suppressione urinæ, quæ non raro hic oriri solet, feliciter usurpandum.

CAPUT XLIV

initium pharmacie facit.

PHARMACIA variis nititur scopis, ratione quorum variantur medicamina. Alia LENITER evacuant primas solum vias, & biliosam & putridam colluviem, quæ calorem hunc febrilem producere valet, educunt, *Alia CAUSAM GENERATAM*

RATAM, humores scilicet peccantes & per fermentationem & separationem sulphureo-nitrosas atomos respiciunt, & ut à naturâ superentur, coquantur & faciliùs expellantur, præparant. *Alia* præparatos humores generosiùs EDUCUNT. *Alia* denique ALTERANT, & debilioribus partibus, cordi aliisque visceribus confortandis opem ferunt.

Admittunt PURGANTIA præsentia cacochymia & urinarum crassities. PRIUS omnium medicorum consensu conceditur. POSTERIUS Hippocrates 4. de rat. videt. acutor. textu 43. οἷον ἐν δόχῃ τὰ ἕρψα νεφελοειδέα ἢ καὶ παχέα, τὰς τοιαύτας δ' ὑποκαθαίρειν, ἢν καὶ τὰ ἄλλα συμφέρη. ὁκόσοις ἢ ἐν δόχῃ τὰ ἕρψα λεπία, μὴ φαρμάκω τὰς ποιότητας, ἀλλ' ἢν δοκῆ κλύσαι. Τέτοις συμφέρη, ἕως θερμαπύεσθαι τῷ σώματι ἢ συχίνῃ ἀγόντῃ, ἀλείφοντῃ τε καὶ πρὸς ἐλλοιτῃ, ὁμαλῶς. ἢν τι γὰρ κινήσης κατὰ κοιλίην, τὸ ἕρψα ἔπεπαινέσθαι, ἀλλ' ἀνιδρῶς τε καὶ ἀκρῆσθαι ὁ πυρετὸς ὅτι πολὺν χρόνον ἔσται. *Quibus initio urina nebulosa ac crassa, hos adnventibus ceteris purgare convenit. Si initio tenues fuerint, minimè purgabis, sed si visum fuerit, per infusum alvum sublues. His conducit, ut corpus quietem habeat, ungetur & equaliter contegatur. Si enim ventrem moveris, urina tenuis non coquitur, sed citra sudorem & judicationem febris in longum tempus protrahetur.*

Galenus in commentò ostendit 1. quò modò exhibitio alimenti naturam à coctione humorum avocet, & 2. medicamentum naturam conturbet, & propterea coctionem impediat. Indè aliter fieri non potest, quin febris non judicetur, uti judicari debet, & in multos protrahitur dies.

Purgationem admittunt vires corporis non prostrata & omnis ætas, etiam uterque sexus. Modificant quantitatem & puerilis & senilis ætas, & distinguenda omninò levia & valida purgantia. Virium imbecillitas validiora purgantia respuit, mitiora admittit.

Τὸ πόσον, quantitatem delineavit Celsus 4. de rat. videt. acut. t. 21. cùm in eâ τὴν μετρίτητα καὶ ἀσφάλειαν, mediocritatem & securitatem sectari jubet. Ratio suffragatur. Si enim importunè materiam in profundo corporis quietam tranquillamque, & quæ motu suò naturam non sit agitata, moveamus, sæpè ex

acutō fit chrōnicus, sæpiùs ex securō lethalis. Satiùs est natura erisin relinquere in arbitrio, aut per sudorem, aut hæmorrhagiam, quàm revocando naturam ab instituto in morbi longitudinem ægrum conjicere.

Speciosè *Avicenna libr. 1. can. fen. 4. doct. 5. cap. 3.* in acutis ægritudinibus maturationem expectare melius esse, profert, præcipuè cùm quieti fuerint humores. Quòd si mobiles sint, ad evacuationem festinare melius erit.

TEMPUS purgandi aptum indicat *Cous in celebri aphorismo 29. libr. 2. δεχομύων ἢ νέσων, ἢν τι κινεῖν δοκεῖ, κίνε. Incipientibus morbis si quid movendum videtur, move.* Excluduntur hïc reliqua tempora. Principium convenientissimum, nec cunctandum ad quartum usquè diem, extremè enim acuta quartò die quoquè judicari solet. In statu natura non turbanda, sed eidem lucta est committenda. Declinatio ardentis purgandi tempus videtur esse inconveniens, cùm natura triumphatrix palmam ostendat victricem.

LOCUS, per quem evacuatio fieri debet, indicatur ab inclinatione vel impetuosò raptu humoris. Quò natura maximè vergit, eò ducere oportet, per loca conferentia, tenore *Hippocr. apbor. 21. libr. 1.* Ita si amaritudo oris sentiatur, & ventriculi dolor, nausea, heparque tumultuet, τὰ ἀνω propinanda; si in ventre molestiarum cohors, τὰ κάτω porrecta conveniunt.

MODUS ADMINISTRANDI consistit in εὐφορία & συμφορία. Εὐφόρας ut fiat purgatio, præire debet præparatio & coctio humorum. Hos faciliùs evacuandos reddit præparatio. Coctio per πεπασμὸν materiæ saburram mitigat, & ita Νεχωρήσει separatos minori operâ dein expellit. Exhiberi ut plurimum solent purgantia horis 7. 8. vel 9. matutinis, & à cibis abstineri usquè ad prandii tempus. Nonnunquàm tamen, felicissimò cum successu sub initium prandii in primò

cochleari juris exhibuimus

ægrotis.

CAPUT

CAPUT XLV.

Aliorum de purgandi tempore
sententiæ.

Infigne illud *Coi* præceptum *apbor. 29. libr. 2.* propositum non nulli susque deque habent, aque illò secedunt.

I. NEAPOLITANI quidam medici, qui in ardente numerum observant dierum, & perpetuò ad purgandum quartum eligunt diem, referente *Donato Antonio ab alto mari librò 3. de medendis febribus cap. 2.*

II. Imitati hoc sunt SICILIANI quidam medici, quorum coryphæus *Jobann Baptistæ Cortesius*, qui *miscellaneor. medicor. decade 7. cap. 6.* hanc sententiam pro & contra ventilat, & tandem affirmativam amplecti videtur, adserens; *Hæc difficultas non spernenda, & quæ plurima ingenia hæcenus contorsit, eam probabilem facit.* Hi nullâ turgentia habitâ ratione neglectâ, omni de purgante medicamento consideratione, quartò die instante in acutis & ardentibus febribus indistinctè pharmacum exhibent, tantâ confidentiâ, ut existiment, non purgatos eò die omninò esse interituros; si verò reconvalescant, non artis beneficio, sed casu ac fortunâ id evenisse.

Sententiam hanc confirmant tum autoritatibus, tum rationibus.

AUTORITAS est *Hippocratis 4. de acutorum victu*, si si quidam alvum habenti supervenerit causus, & purgatio idonea videatur, eam non primis tribus diebus adhibebis, sed quartò.

II. Paulò post scriptum reliquit; purgare oportet ante quintum diem. Ergò quartò, qui præcedit quintum immediate.

III. Et paulò inferius textu 76. purgans administrabis, inquit, quartò die.

IV. Idem librò 4. de morbis t. 45. quicumque febre continente

nente detenti, diebus paribus medicamento usi sunt purgante, iñ supra modum purgati nunquam sunt. Qui verò imparibus diebus vehemens sumserunt purgans, iñ purgati sunt, multique etiam supra modum purgati perierunt. Ne igitur hypercatharsis fiat, opus esse diebus paribus asserunt. Sed quartus dies est par. Ergò quartò die est purgandum.

RATIONIBUS etiam diei quarti prærogativam in acutis purgandi stabilire conantur.

I. Eâ die est purgandum, quæ dierum primæ septimanæ est tutissima. Sed quarta dies est talis. Ergò quartâ die est purgandum. Minorem probant, quia imparibus diebus timentur mutationes aliquæ, & ut decernit *Galenus 4. acutor. textu 56.* insignes ad mortem vel ad salutem. Hæ evenire nequeunt diebus paribus. Quartus itaque dies aptissimus ad purgandum.

II. Diebus non judicatoriis est purgandum. Quarta dies non est judicatoria. E. eâ est purgandum.

III. Si quartâ die non est purgandum, nulla potest dari dies in primâ septimanâ ad purgandum apta.

IV. Experientia, vera magistra, tanquam testis adducitur, quæ abundè confirmat, eamque rationibus antè allatis stabiliri asserunt.

Verum enim verò arietes hi licet sat grandes videantur & irati, levi tamen negotiò obviam iri illis potest.

Autoritatem *Coi* quod attinet, responderetur, numerum dierum non habere determinatam administrationis præsidii temporum rationem. Elegit quartum diem, quia alvus liquida erat, ne primis diebus tribus post purgans assumptum superpurgatio sequatur. Pervertunt itaque mentem Hippocratis, ex quâ præcisè quarta dies ad purgandum apta non colligi potest.

II. Ex eò prærogativa diei quarti nullo modò elici potest. Sermo est de acutò morbo & turgentia humorum. Hos, *inquit*, si ab initiò purgare volueris, id ante quintum diem facito, si venter murmuraverit. Loquitur de ægris, quibus per febres crura tuberculosa & dolores circa articulos fiunt.

Vox

Vox ἀρχῆς ab initiō, non notat determinatè diem quartum, sed tempus contradistinctum ab augmentō, statu & declinatione, quod interdum plures includit dies. Neque vox ἐξ τῆς πρῆτης ante quintum determinat præcisè quartum, sed omnes antecedentes dies, eosque nullatenus excludit.

III. Sententiam *Coi* iterum invertunt. Loquitur de pleuriticō, cui primis diebus tribus alvus per infusum subluenda, quartō autem die purgans administrandum. *Galenus* in commentō ait: quartō verò die medicandum indistinctè pronuntiavit *Hippocrates*. Neque enim inter initia aliquod remediorum hujusmodi ægro injungere oportet, desumpto à numero dierum scopo: sed, quod *Hippocrates* recensuit, est exequendum. Nam vel statim ab initiō prius, quàm in partem aliquam firmati sint humores, purgandum; vel postea cùm concocti fuerint. Quapropter primā interdum die, & secundā & tertiā & interdum quintā medicati sumus, & non quartā solum.

IV. Neque ultima autoritas ipsis patrocinator. I. *Hippocrates* dicit solum eos, qui forti ac vehementi usi fuerunt pharmacō, diebus imparibus esse superpurgatos. Nec mirum est, superpurgationem insecutam fuisse, ejusmodi die, quō humor biliosus aliàs in ardente movetur, & insuper purgans forte adsumtum sit. De diebus paribus verò cùm loquitur, medicamentō SIMPLICITER usos fuisse, addit. Ex hisce ergò apparet, impari die si in acutā febre propinare volumus purgantia, lenioribus esse utendum. II. Quin consequentia hæc non inferri potest ex mente *Coi*: quartum diem & parē determinatam habere purgationis administrandæ formam. Quartus dies & par non æquivalent. Secundus etiam par est, & si turgeat, materiam purgante evacuare medicamento, nihil vetat.

Nullam etiam difficultatem pariunt rationes allegatæ, sed facilis ad eas est responsio.

Ad I. responderetur: secundus dies etiam par est, & quia ad principium pertinet, cùm ὄρεσμος adest, tutò in eō purgari

gari potest. 2. Quartus in extremè acutis sæpè est judicatorius.

I. Negatur minor. Sæpissimè judicatorius est quartus, quemadmodum experientia loquitur. Et Hippocrates confirmat 1. epidem. sect. 7. sub finem: ἐστὶ δὲ πρῶτη κρησίου τῶν ἐξ ὀδῶν, ἐν τῆσιν ἀγρίησι κρησίωντων, δλ. Primus decretorius dies circuituum, qui paribus judicant diebus, quartus est. Hoc confirmat Galenus in commentò.

III. Negatur consequentia. Quartus dies ita aptus est ad purgandum, ut intermissa eo die purgatione omnes agrotos interire necessum sit.

IV. Ab experienciâ desumpta ratio eâdem lege confutatur. Empiricus, solâ experienciâ, non ratione contentus, utile semper existimat, quod sæpè casu ac fortunâ profuit. Experientia à Galeno librò de sectis cap. 2. triplex constituitur: una acquiritur casu, altera consultò, tertia imitatione. Imitatoria optima est. Imitari debemus, non quod semel, sed sæpiùs profuerit. Experientia quæ quartò solùm die purgationem suadet ac profitetur, non satis tuta est, nec artificiosa, & nisi eidem jungatur ratio, nulla est. Ideoque experientiam rationi junctam amplectimur eamque insequimur, sperantes grande exin agrotis evenire levamen.

CAPUT XLVI. de Lenientibus.

LENIENTIA principem hîc tenent locum, quibus materia vitiosa è primis viis evacuatur, & ita copia ejusdem minuitur, ut reliqua à naturâ faciliùs superari & vinci queat.

Inter SIMPLICIA MITIORA excellunt aloë, succo violarum Stialium novies irrorata, tamar-bendorum pulpa, cassia, succus rosarum, & serum lactis vaccinum vel caprillum.

MANNA, quia mellis naturam refert, in ardentibus valdè biliosis non convenit, nisi contemperetur bilem alterantibus.

Disolvi

Dissolvi ergò poterit in *sero lactis*, *aquâ cichorii vel fumarie*. Ab iis medicamentis, quæ cum melle & saccharo parantur, cum vim quandam bilem augendi habeant, abstinere jubet in purgatione *Alexander Massarias libr. 7. de febr. cap. 19.*

Lenientia variis in formis præscribi solent. *Decoctum tamarbendorum, infusum & sanguis rhabarbari, electuarium de psyllio, lenitivum, diadamaescenan Nicolai, & alia.*

Pilulæ.

Rx. *aloes violatæ* ℥j. *extr. catholici purg.* ℥ß.
c. sirupo de rhabarbar q. s. *F. l. a. pilulæ n. xxii.*
 S. *Laxier/Pillen auff 2. mahl.*

Rx. *extract. panchymagog. Crollii.* ℥ß. *resin. galapp. gr. viij.*
c. sir. violar. solutiv. q. s. *f. l. a. pilulæ. n. xiiij.*
 S. *Lindausführende Pillen.*

Bolus.

Rx. *cast. recenter extractæ* ℥j. *rhabarb. Alex. el.* ℥j.
c. sirup. rosar. solutiv. *f. l. a. Bolus.*
 S. *Laxier/Zucker.*

Rx. *conserva fl. cichorii,* *violar. Ital. a.* ℥j.
scammon. rosati gr. viij. *electuar. lenitiv.* ℥ß.
 M. F. l. a. Bolus. S. *Erweich/Zucker.*

Potio.

Rx. ∇ *cichorii, scorzonera a.* ℥j.
sirup. rosar. solutivi ℥j. *de cichor. c. rhabarb.* ℥ij.
 M. F. Potio. D. in fictili. S. *Gall außführende Träncklein auff j. mahl.*

Rx. *pulp. tamar-bend. incis.* ℥ij. *manna selectæ* ℥iß.
castia ℥vj. *seri lactis capril.* ℥iiij.

Coque. Colaturæ adde
electuar. rosat. mesue ℥j. M. F. Haustus.

VOMITORIA LENIENTIA conducunt, præsertim cum vitiosi humores circa ventriculum stabulantur, heparq; tumultuat vitiosis turbatum succis, naturaque nauseam & vomitum molitur. Statim in principio ad evacuandos hosce humores propinari debent, antequam vires ægrotantis debilitentur.

Materia varia est. Valdè conducibilia sunt

AQUA TEPIDA simplex vel hordeata cum vel sine ☉ oli-
varum, vel butyrô, jurâ pinguia de carnibus, oxymel scilliticum, deco-
ctum raphani, & alia.

Rx. ▽ tepidæ butyrô insalitô benè pinguefactæ cantb. j.
Bibat æger, quantum satis. Vomitus si non statim sequatur, pro-
movendus immiffione priorum digitorum in palatum.

Rx. rad. raphani ℥ij. sem. anisi, fœnic. a. ℥ß.
coq. in s. q. aq. limpide ad tertias. Colaturæ adde
oxymel. scillitici ℥iß. S. Brechtrancf.

Rx. ▽ acetosæ, raphani, a. ℥j. oxymel. scillitici ℥ß.
manne vomitor. gr. v. In fictili. S. Brechtrancf auff
j mahl.

Rx. crystall. ♀. emetic. Mynsichti gr. iiij. conserv. pulp. citri, ℥j.
M. F. l. a. Bolus. S. Brech/Zucker.

Rx. crocimetallo. absinthiaci, gr. xj.
in ▽ scordii ℥j. propinetur.

CLYSTERES lenientes sæpè sunt necessarii & magnum præ-
bent usum. Præparantur sine additione alicujus salis, quia in bi-
liosâ causâ natura tantô non eget stimulo.

Rx. herb. parietar. fumarie, lactuce, violarie, asaric. totô. a. Mj.
rad. cicborii, alibæ, a. ℥ij.
flor. centaur. minor. nymphae a. Mß.
sem. lini, fœni graci, a. ℥j.
hordei mundi Mß. prunor. damascen. n. xj.

Coq. in s. q. aq. fontanæ vel jur. carniuum.

Colaturæ ℥j. adde

casie pro clystere ℥j. elect. lenitiv. ℥ß.
☉ chamæmelini, violar. coct. a. ℥j.

M. F. Clyster, tepidè injiciendus.

SUPPOSITORIA LENIA, & GLANDES vicem clysterum
sustinere queunt. Parari solent ex melle ad duriciem cocto cum me-
dico salis gemmæ, vel ex sapone. Vel:

Rx. spec. hieræpicræ c. agarico ℥ij.
salis gemmæ ℥ß. mellis cocti, q. s.

F. l. a.

F. l. a. suppositorium, \circ lini vel amygdal. dulcium illinendum
S. Zäpflein.

INFANTES acutâ oppressi febris si jaceant, alvusque dura sit, umbilicum, imò totum ventrem pinguedine anserinâ vel butyrô non salitô illinunt mulierculæ, & alvum suppositoriô ex sapone communi, vel \circ chamæmelino illitô sollicitant, magnô cum fructu.

CAPUT XLVII

præparantia exhibet.

PRImis evacuatis viis progressum facimus ad secundam & tertiam regionem, cacochymicosque biliosos humores ibidem stagnantes disponimus ad faciliorem per alvum segregationem. Ita autem debent esse comparata, ut refrigerandi, humectandi putredinem coercendi, obstructions reserandi & viscera roborandi vi polleant.

E chemicorum penu suppeditantur *medicamenta tartarea*, pro universalibus digestivis habita, licet talia non sint. Biliosis febribus non convenire videntur. In spurio tamen causo & pituitosis temperamentis sine noxâ propinari posse arbitramur.

In CACOCHYMIA BILIOSA præscribuntur *tinctura rosarum, violar. fl. papav. erratici, serum lactis simplex vel mistum, sirupus berberum, ribium, de succô citri, acetose, boraginis, granatorum, cichorii simplex, endivia*, qui dilui possunt *aquis adpropriatis cardiacis*. Eâdem vi pollent *semina 4. frigida majora*, ex quibus cum *aq. endivia, lactuce, portulacæ, flor. nymphae*, emulsio parari potest.

In ardente legitimâ, ubi acrior bilis & fervidior, sequentia convenire possunt.

R̄: ∇ endiv. scordii, cichorij. a. ζ ij.
sir. acetos. citri perlati ζ ß. corallior. Quercetani ζ j.
'tinct. violar. ζ ß. M. aromatizetur spec. diamargar. frigid. \mathfrak{z} ij.
F. Julepus. S. Stärkend Präparier, Träncklein.

M 2

 \mathfrak{z} ∇

℞. ▽ cordial. Saxonie, cardui benedicti a. ʒi.
 fir. granat. acetosa, a. ʒb. mistur. simplicis gr. x.
 M. in fictili. S. Digerier Safft i. Löffel uff i. mahl.
 Causo illegitimo, ubi bilis pituitæ est permista, obviam meli-
 us itur, cum præparantibus admiscetur, quæ simul aperiunt & at-
 tenuant.

℞. cremor. Friß. Scichor. Olisati gr. vj.
 gialap. resinosæ gr. xij. In chartâ. S. Erweich Pulver
 auff j. mahl.
 ℞. hepatici rubri Dresd. gr. xij. scammonii rosati gr. vj.
 Citri gr. ij. F. Pulvis. S. Lindpulver.
 in cochleari cerevisiæ calidæ sumendus, duas horas ante pran-
 dium.

Potio.

℞. decocti bordei c. CC. ʒij. fir. de duabus radicibus ʒb. ribes. ʒv.
 sp. Oli. Otri a. gr. iij. In fictili.
 S. Digestiv Trancf auff 2. mahl.

℞. ▽ de typhis C. ʒi. mistur. simpl. gr. xij.
 S. Präparier Trancflein.
 Johannes Langius in febre ardente, quæ à bile porraceâ
 orta est, & æruginosâ, summoperè commendat CRYSTAL-
 LUM, tanquàm illius alexipharmacum.

℞. ▽ boraginis, cardui benedicti, carfunculi, a. ʒj.
 crystallor. ppt. corallior. alb. ppt. a. gr. x.
 sacchari tabulati perlati ad gratum saporem.
 S. Alterans Trancflein.

CAPUT XLIIIX
 purgantia profert.

Sunt ea vel MITIORA, quæ secundam, vel ELECTIVA, & pro-
 priè talia, quæ tertiam simul evacuant regionem.
 RHABARBARUM, mitius cholagogum, largam præstat o-
 pem,

93.
pem. Ex eò parantur *sanguis seu anima rhabarbari exaltata*, cuius de-
scriptione exhibet *chimia Rolfinciana*, *sirupus de rhabarbaro simplex*,
vel compositus cum cichorio, *pilulae de rhabarbaro*, *species diaturbith*
cum rhabarbaro.

℞. *electuar. de succo ros. Mes. ℥℞.*

pulv. rhabarbari ℥℞. cum sirup. violar. sol. F. Electua-
rium. S. Gall ausführender Zucker.

Potionis forma.

℞. *seri lactis caprini ℥ij. rhabarb. el. pulv. ℥ij.*

Stent per noctem. Manè coletur. Colaturæ adde

sirupi de cichorio cum rhabarbaro ℥℞.

S. Purgier-Träncklein auff jmahl.

SCAMMONIUM, & ex eò parata medicamenta, qualia
sunt *scammonium ꝑtum*, *malò cotoneò correctum*, *cerberus triceps*,
magisterium scammonii, *lac scammonii*, *scammonium rosatum*, *sandali-*
num, laudabiliùs evacuunt bilem & validiùs.

Nec minus hìc præstat auxilii GIALAPIUM, quod licet
phlegmagogum solùm habeatur, egregius tamen ejus est usus
etiam in omnibus febribus à quacunq̃ue causâ ortis. Exhibetur
variis in formis cum aliis permistum.

℞. *gialap. resinof. ℥j. scammon. rosati gr. vij.*

elaeosacchari citri gr. iiij. M. in chartâ

S. Purgier-Pulver.

℞. *pulv. vegetabil. Rolf. purgantis gr. xvj.*

resin. scammon. gialap. a. gr. v.

conserv. violar. ℥℞. sir. c. cich. rhabarb. q. s.

F. l. a. Bolus. S. Purgierend Weiel-Zucker.

℞. *scammonii crudi pulv. ℥j. aq. cichor. ℥℞.*

M. exactè. Lactescens liquor decantetur, S. Laxier-
Träncklein/in haustu cerevisiæ calidæ adsumendus.

℞. *resinæ gialap. gr. x. scammon. gr. vj.*

extracti panchymag. Crollii. gr. xiiij.

F. l. a. pilulæ n. xxj. deaurandæ. In pyxide

S. Guldene Purgier-Pillen.

M 3

℞. clv-

Rx. *cerberi tricipitis* ℥j. *sirupi acetos. citri.* q. pl.

F. l. a. Linctus. S. Purgier/Safft.

Post assumtum linctum sumat ager haustum cerevisiæ calidæ cum pane.

CAPUT XLIX

vomitoria fortiora & clysteres purgantes adprobat.

VOMITORIORUM usus egregius sanè est in ardète, præsertim cum materia primas & secundas occupaverit regiones, circa ventriculum & hepar. Vires ægrotantis si adhuc sunt in vigore, tutò & jucundè propinantur, & citò operantur. Et ferè semper amat causus vomitorio purgante profigari, quod experientia creberrima in hunc usque diem confirmat.

Asarum, electuarium Aq. od. Fernelianum, oxymel scilliticum mitiora sunt. Fortiora emetica nobis suppeditat chimia, quæ ex ζ io, omnium vomitoriorum matre, plus quàm viginti parat vomitoriorum genera. Ejus generis sunt *manna vomitoriorum, Gilla Theophrasti, Θ Θ li album, crocus metallorum simplex, & absinthiacus Mynsichti, aq. benedicta Rulandi, Quercetani, & alia.*

Rx. *pulv. benedict. laxativi* ℥j *℥rii vite* gr. v.
elæosacchari angelica, gr. iiij.

S. In chartâ. Purgierend Brech/Pulver.

Rx. *℥ vite* gr. iiij. *spec. diaturbit. c. rbabarb.* gr. xvj.
sacchari perlati gr. vij. F. Pulvis purgans *ἀνω καὶ κάτω.*

Rx *rose vite mineral.* gr. v. *conserv. ros. pallid.* ʒß.
F. l. a. Bolus. S. Erbrechend Rosen/Zucker.

Rx. *vitri* ℥ii *hyacint. ppt.* gr. vj.

superfundantur *vini rhenani coclearia* v. Stent per noctem, decantetur. S. Brechwein.

Ex vitro hoc ℥ii varia parantur medicamenta emetica, quæ demonstrat *Eminentissimi Rolfincii dissertatio chimica V. de* ζ io.

CLY-

CLYSTERES purgantes nonnunquam sunt necessarii, non tamen semper. Si alvus admodum obstructa sit vel adstricta, feces hisce emolliri & evacuari queunt. Aliàs vix merentur locum, cum naturam à crisi turbant. Injici poterunt, quâ libitum sit horâ.

℞. *herba cichor. albae, centaur. minoris, Galia a. Mj.*
rad. albae, lilior. albor. a. ʒj.
flor. chamæmeli Mj. rhabarbar. Alex. ʒʒ.
fol. sen. alex. s. s. ʒj. hordei mundi Mj.
 coq. in s. q. Font. Colaturæ ʒʒ adde
electuar. de psyllio ʒj. Ilenitivi. ʒʒ.
 ʘʘ *violacei, lini, a. ʒi.*

F. Clyster, tepidè per syphonem stanneum ex vesicâ bubulâ injiciendus.

Ægrotans si renuit applicationem clysterum, vice eorundem glandes & suppositoria fungi possunt.

℞. *spec. diacolocynthidos ʒj. pulv. rad. belleb. albi. ʒʒ.*
 Cum melle cocto ad crassitiem f. l. a. suppositorium.

CAPUT L.

Diaphoreticorum usus.

DIAPHORETICA sunt, quæ occultam malignamque & perniciosam qualitatem, non solum in sanguine, sed & in habitu corporis, omnibusque partibus hærentem coercere & extinguere possunt. Hæc in malignâ leni sudore venenum, quod circumstans frigus ad cor propulerat, per circumferentiam totius corporis excludunt. **SUDOR** est solus, qui febrem exsolvit, inquit *Ludovicus Duretus in Coacas prænotion. Hippocr. tract. 4. de excrement. cap. 2. aphor. 1.* Et vix ulia est febris, exceptâ hecticâ, quæ perfectè sine sudore curatur, aut cessat.

Quæcunque ætas ac temperamentum sustinent sudorem. Id tamen notandum, quòd biliosi & calidiores homines leniter sint tractandi, nec largò sudore emaciandi. Elicitur sudor
 exter-

externis, quæ attrahunt; internis verò, iisque mitioribus vel fortioribus expellitur.

INTERNA varia suppeditant nobis tria regna, quæ alexipharmacâ vi cor præmuniendi, confortandi que pollent singulariter. E VEGETABILIBUS sunt *angelica, carlina, fraxinella seu diptamus albus, zedoaria, sarsaparilla, contrahierva, carduus benedictus, Maria, scordium, scorzonera, myrrha, camphora, crocus & alia.* EX ANIMALIBUS *cornu cervi, alcis, os de corde cervi, lapis bezoar, & alia ex serpentibus parata arcana.* E MINERALIBUS, *terra sigillata, bolus armena, ☿, ☉, & quæcunque ex his parata medicamina.*

Rx. C.C. philosoph. calcin. ℥j. terra sigillata ℥℞.
flores ❄ci simplic. gr. viij. ☉ fulminant. gr. iv.

M. Dividatur in 2. partes æquales. S. Bezoardisches Schwitzpulver auff ij mahl.

Rx. ☉ volat. C.C. magister. corallor. rubr. ℥j.
camphoræ gr. j. M. S. Sudoriferum pro duabus vicibus.

Detur manè dimidium in cochleari vini calidi, & superbibatur haustus ejusdem. Sudet æger per unius horæ spatium, dein linteolis calidis detergatur.

Rx. ▽ cardui bened. ℥j. spir. CC. gr. vj. theriac. camphor. gr. xij.
M. F. Haustus.

Rx. ▽ scordii, ℥ij. extract. angelic. gr. vj. sir. acetos. citri ℥℞.
mistura simplicis ℥℞. M. F. Potio. S. SchwitzTranck.

Rx. conserv. florum citri ℥ij. bezoard. ☉. miner. gr. iiij.
pulver. serpentum gr. vij. F. l. a. Bolus. S. Bezoard
Zucker.

Excellit quoque *siropus hidroticus*, ex floribus aurantium paratus, ad sudorem ciendum in malignis & ardentibus, aquis cordialibus permistus.

DECOCTUM CITRI HIDROTICUM *ordine & methodo Rolfincianâ medicin. spec. comm. descriptum* multum confert, tum per sudorem evacuando, tum alterando febrilem materiam.

Præ omnibus palmam merentur *mistura diaphoretica & alexipharmaca Rolfinciana, tinctura bezoardica Michaëliana, ☉ volatile*

*latile serpentum, volatile CC. ejusdemq; sanguinis, flores *ci simpli-
ces, vel cum corallis ꝑci, Aquila volitans, mistura simplex, spir. theria-
calis camphoratus, theriaca, mitbridatum, electuarium Orvieta-
num &c.*

Rx. mistura alexipharmaca Rolfinc. ʒj.

*D. in vitro oblongioris colli. S. Bezoardische Schwitz/Es-
senz auff ij mahl.*

Rx. ▽ typhor. cervin. ʒj. ⊖ viperini volat. ʒß.

*fir. de scordio ʒij. M.F. Potio. S. vermischte Schwitz/
Träncklein*

SAL VEL LAPIS PRUNELLÆ, crySTALLUS mineralis aliter dictus, præ reliquis laudatur & commendatur à *Stephanô Rodericô Castrensi librô 3. meteor. microcosm. cap. 13.* in ardentibus & malignis, quòd diaphoreticâ & diureticâ potestate præditum sit, cum Δ reæ & Θ trosæ originis nitrosas & Δ reas fuligines febriles ex humanô corpore educere valeat.

In administratione sudoriferorum hæc cautio est observanda, legis vicem sustinente, quòd, si pori cutis nimis hient, ægerque sudore satis superque diffuat, satius & consultius sit, sudorem refrenare, quàm nimis promovere.

MODUS administrandi consistit in justâ quantitate. Justa dosis propinanda, ut effectus respondeat ex votô, expectationique satisfaciatur.

TEMPUS exhibendi erit matutinum & in principiô, ubi maximô cum emolumentô sudor hîc evocatur. Æger post assumtum pharmacum diligenter obtegendus lectô, post sudorem abstergendus linteis calidis, reficiendusque jusculô cum pulvere bezoardicô.

CAPUT LI

diuretica ponderat.

His à *nonnullis* multum tribuitur tum propriè, tum impropiè
italibus, quæ aliter *signata* adpellantur. Quemadmodum
N diapho-

diaphoretica volatiliores Δ reasque atomos per sudorem eva-
cuant, ita diureticorum usus non omninò seponendus, sed eò
commendata sunt nomine, quòd magis fixa educant per uri-
nam, & suppressioni urinæ, quæ familiare admodum ardentis
est symptoma, citiùs occurrat. Educunt humores biliosos, li-
xiviosis atomis scatentes, per urinam. Horum usus frequens
esse non debet, sed cautione opus est, & in declinatione
morbi potiùs sunt propinanda, horâ & tempore, quibus
libuerit.

Formula.

\mathcal{R} . spir. ebuli \mathfrak{z} ß. tinct. \mathfrak{F} ri \mathfrak{z} j.
 ∇ petroselini, asparagi, cichorii, a. \mathfrak{z} l.
 essent. lapidum \mathfrak{z} ß. M. F. Potio.

\mathcal{R} . \ominus prunella \mathfrak{z} ij. Solve in ∇ fragar. q. s.
 Filtra. Instilla \mathfrak{p} . Oli, \mathfrak{z} ij. Sicca in crucibulo.
 S. Wind/treibend Fieber/Salz.

Dosis gr. xii. xiiij. in liquore convenienti.

\mathcal{R} . sem. 4. frigid. maj. a. \mathfrak{z} j. ∇ althæe, lactuce, nymphae, a. \mathfrak{z} l.
 f. l. a. Emulsio, cui adde sacchari rosati q. s. ad gratam dul-
 cedinem. In fictili. S. Treibmilch.

\mathcal{R} . seri lacti \mathfrak{M} . \mathfrak{z} iv. Tinct. rosar. cum \mathfrak{p} . Oli parat. \mathfrak{z} j.
 Tinct. \mathfrak{z} ii \mathfrak{F} risat. Rosinc. \mathfrak{z} j. clyß. \mathfrak{z} ii gt. xj.
 M. S. Treibmolchen auff etliche mahl.

Ballonius libr. 2. consil. 27. medicos graviter increpat, diureti-
cis utentes, & summè noxium horum usum tradit in familiari fe-
bris $\kappa\alpha\upsilon\sigma\acute{\omega}\delta\epsilon\omega\varsigma$ symptomate, \square æ suppressione, quæ tanta sæpè
est, ut medici manum ipsa postulet. Causa ab eò hujus sup-
pressionis adsignatur copia humorum & pituitæ præsentia ad
vias urinarias confluentis, quam derivandam esse per alvum,
non per renes contendit.

Verùm notandum omninò hîc est, quòd $\iota\chi\chi\epsilon\iota\alpha$ hæc non
semper à pituitâ dependeat, sed plerumque à mentis aliena-
tione, officii immemore & oblitâ.

TUTIUS ergò procedunt, qui externis unguentis, sacculis
vel cathetere utuntur.

Recipe

99.
℞. ☉ scorpion. Matthioli ꝛß. In vitrō. S. Zufferlich
öhl/ quō inungatur regio renum & pubis.

℞. herb. Srialis, albaea, malva, a. Mij.
flor. chamæmel. meliloti lutea, a. Mj.

concisa consuantur in sacculum. Coque in Font. Exprimatur
& tepidè publi adplicetur.

CATHETER adplicandus primùm debet inungi ☉ amygdalarum dulcium, lilior. alborum vel chamæmelino, &c.

CAPUT LII.

De spiritibus acidis.

Diureticâ simul & alterante virtute pollent spiritus acidi minerales, ☉. ☉. ☉. ☉, aliiq̄ue. Putredinem eorum sistendi vis, obstructions reserandi, humores crassos incidendi, abstergendi, corruptosq̄ue separandi, & reliquorum medicamentorum virtutes meliùs exserendi, præprimis elucescit.

Spiritus hi calidi licet sint omnes, corrosivi, ☉reâ præditi & inebriati caliditate & siccitate, attamen aliquot guttæ horum ☉is cordialibus, refrigerantibusque permistæ, magnum adferunt solatium febricitantibus, ut citra ullam noxam adhiberi queant. Rationem *Eminentissimi Rosincii*, qui uti *Javua* est, ita in omnibus omnium locō eundem deveneramur, nostram nunc facimus; spiritus ☉li, ☉, aliorumq̄ue per se quidem calidos esse & corrosivos, per accidens autem refrigerare, dum atomi eorundem ☉linæ & ☉reæ aquis permistæ per disgregationem vim causticam amittunt. Eō modō permisti spiritus salutare sunt remedium in siti nimia, calore summo, aliisque symptomatibus irruentibus.

Spiritus ☉li philosophicus simplici omninò est præferendus, magis resistit malignitati & putredinem aciditate magis arcet in ☉scorzovera, galega, cicborii &c. sumtus, vel julepis admistus, ad aliquot guttas.

Tinctum aperitiva rubra, salinæ quæ est naturæ & ☉licæ,
N 2 m. dō

modò laudatur ab his, modò culpatur ab illis. Medicamentum laude est dignum, non tamen omnibus convenire naturis, nec omnes mirabiles ipsi assignatos effectus præstare, experientiâ & famâ innotuit hætenùs.

Tinctura \odot ris, *clyffus* ¶ ii, insigniores participat doctes sanguinem mundificandi, atomosque Δ reas coercendi & præcipitandi.

Convenit horum omnium administratio præcipuè, cum morbus adhuc hæret in statu, ad declinationem tamen magis proclivis est. Promoveant crisin & diuresin, dum vitiosos à bonis segregant & præcipitant humoribus, ad exitum stimulant facilioremque illum reddunt.

In ipso statu propinantur & miris exaltantur encomiis *liquor* \odot latus *Mynsiehti*, *Nectar* \odot li, & *Liquor* \odot tratus, quæ omnia æstuanti cordi & febrilibus anxietatibus opem ferunt laudabilem.

CAPUT LIII

aquam frigidam, decoctum hordei & serum, tanquam alterantia, scrutatur.

Incendium cum oboritur, quilibet summò laborat studiò eò, ut aquam agminatim adportet, quâ extinguatur. Causò laborans idem expectat, grandeque semper illius desiderium, ut **AQUAM** bibat **FRIGIDAM**, pro ardore intensissimo minuendo & æstu deprimendo. Auxilium sanè non contemnendum, quòd *Galenus* summâ commendavit operâ *4. de nat. vict. acut. l. 12.* quò ægrè ferre videtur, quòd *Hippocrates* ejus non meminerit, cum subjungit, ¶ Ψ υχρὴ πίνων ἰαμα τῶν καύσεων τὸ κρυώτατον, *frigida potum præcipuum presidium esse ardentium*, quò ardentes perpetuò curavimus, nullò ex his moriente, quibus frigidam propinavimus in tempore opportuno. Quibus innuit,
non

non quòd omnes, qui eandem bibunt, necessariò evadere debeant, sed quòd illis tantùm, quibus ipse propinavit, fuerit ὠφέλεια τε καὶ σωτηρία, auxilium & salus. Nam ὀλεθρείως τε καὶ ἀσώτως ἔχοντας, qui pernitiosè & insanabiliter decumbunt, iis nec medicamentis aliis, nec hujus aquæ potu obviam iri & succurri potest. Ideò fortean nec Galenus iisdem propinavit, cùm viderit, ne micam spei esse superstitem.

Idem repetit 9 meth. medendi cap. 5. & μέγιστα τῶν συνοχῶν ἰάματα δύο, τὰ δὲ φλεβοτομία καὶ τῆ ψυχρῆ πίσι, maxima continentium februm remedia, deductionem sanguinis & frigida potione constituit. Hujus enim potio febrilem fervorem extinguit, virtutem roborat, succos excrementitios per alvum, sudorem, imò interdum per lotium & vomitum expellit, id quod confirmat historiâ de juvene calidò sicco 10. meth. med. cap. 5. febricitante ex irâ, diebus canicularibus, quem aquæ frigida potione, flavâ bile evomitâ, persanavit.

Eandem sententiam Trallianus libr. 12. cap. 3. laudat, usumq; frigida in exquisitis causis adprobat.

Verum enim verò, licet AQUA FRIGIDA auxilium sit salutare, non tamen temerè exhibenda erit. Multis enim imprudenter hóc usis mortem accelerâsse medicorum docet experientia. Quin ipse Galenus libr. 1. sympt. cap. 7. fatetur, se vidisse quendam febre ardente laborantem, frigidam imprudenter bibisse & mortuum esse.

Ad flebiles hujuscemodi tragœdias præcavendas, VERUS & rectus usus omninò est observandus. Hóc de maximè sollicitus est Galenus 3. de rat. vict. acutor. t. 40. qui cum Hippocrate cit. loc. frigida, etiam optimæ aquæ plures recenset noxas. Zacutus Lusitanus hist. medic. princip. libr. 4. quest. 16. plurimas ponit condiciones, quibus aquam frigidam citra noxam adhiberi posse edocet.

QUANTITATEM bibendi describit Cornelius Celsus de medicinâ lib. 3. cap. 8. cùm in summo incremento est morbus, aqua frigida copiosè est præbenda, ut bibat æger ultrâ satieta-tem.

TEMPUS exhibendi in ardentibus est status morbi, quò calor intensissimus & sitis ingens incompscibilis deprehenditur.

Interim cum FRIGIDÆ usus in nostris hisce regionibus & præprimis non omnibus conducatur, alius excogitatus modus, quò aqua correcta nullum inferre valeat nocumentum. Porrigitur nempe istius locò AQUA COCTA, tanquam coctione correcta, vel DESTILLATA, quæ destillatione noxias amisit qualitates.

Harum locò hodiè meretur laudes DECOCTUM HORDEI SIMPLEX, quod ad levem crepaturam hordei in aquâ frigidâ coquitur; COMPOSITUM, quod alia recipit ingredientia, scorzoneram, cichorium, rasuram CC. pomum citri, aurantium, passulas minores &c. & per coctionem paratur, ægrisque porrigitur magnò cum juvamine.

SERUM, ο ὄρρη τῆ γάλακτος, alumine à caseosâ parte liberatum vel destillatum per tamar-hendi pulpam, vel succum citri correctum, tutò præberi potest. Per se datur, vel in formam julepi transmutatur, & ad cochlearia aliquot propinatur.

℞. seris lactis caprini ℞l. ℞i.

succi citri recenter expressi, ℥iij.

Bulliant modicè & cum albumine ovi clarificentur, modicòque succò borsdorffianorum edulcentur.

℞. seris lactis caprini. ℞l. ℞℞.

sirupi violar. ℥ij.

▽ cichorii, scorzonera a. ℥iij.

M. Filtra. Adde

sirupi berberum, succi citri a. q. l. ad gratum acoris saporem. S. Alterier Julep. Dosis i ij. iij. cochlearia, quando lubet.

CAPUT

CAPUT LIV

confortantia & alexipharmaca specifica
præscribit.

CONFORTANTIA, quæ non solum cor, sed & reliqua viscera respiciunt, nunc attendenda. Hisce cum semper ad metum malignitatis respectus sit habendus, ALEXIPHARMACA jungenda, ut, si vel lateat, intacta non relinquatur, vel si imminet, præcaveatur.

CERVUS, qui ferè nil nisi medicina est, *ἡ χερει, ἀλλ' ὄλα τῶ ἰυλάκω*, plenè horreò medicamenta, alexipharmaca & bezoardica humano generi ad febriles hos insultus extirpandos communicat. **COR, HEPAR, TYPHI, PULMO** liquida: **CORNU & SANGUIS** liquida & sicca, **OS DE CORDE CERVI** sicca præbet medicamenta.

Egregia non minoris momenti alexipharmaca suppeditat **CORNU ALCIS**.

VIPERA & SERPENS varia nobis suppeditant, dum vel pulverisuntur, vel incinerantur, vel ex iisdem \ominus elicitor. Novimus Archiatrum, cujus pulvis bezoardicus nil nisi merus serpentum & viperarum cinis, quod demiramur, cum incineratione \ominus ia volatilia avolârint in auras & parùm vel nihil salis fixi remanserit. A quò ergò ipsi tanta virtus tribuenda?

Laudantur *pulveres viperarum, alexipharmaci Zuvelferiani, ejusdemque bezoardicum animale, trochisci viperini, essentia viperina.*

Excellunt *pulvis bezoardicus Rolfincianus albus & ruber, descriptus in methodò medic. spec. comm. Pulvis contra febres malignas ejusdem, Sennertianus, Pannonicus ruber, Cæsareus rubeus contra pestem, Saxonicus, qui ex octo constat radicibus. Vid. pharmacop. Zuvelferi.*

Mira præstant *magisterium \odot , chrysopurpura, perlarum, coralliorum*

liorum alborum & rubrorum, lapidum ☿, quorum parandi modum
exhibet chimia Rolfinciana. Lapis bezoar, lapides quinque pretiosi,
sapphyrus, hyacinthus, sardus, granatus, smaragdus, preparati, bolus
armena, terra sigillata Lemnia, Turcica, Silesiaca.

Rx. chrysopurpure gr. v. magist. corallior perlarum a. gr. iiij.
M. F. Pulvis,

horâ matutinâ nonâ exhibendus in cochleari juris pulli vel ju-
lepi confortantis.

Rx. C.C. spagiricè calcin. ℥ij. magister. corall. lapid. ☿. a. ℥j.
terra sigillata turc. boli armene a. ℥ii.
rad. diptami albi, Zedoaria, angelica pulverisat. a. ℥i.
lapid. bezoar. or. ℥β, fol. ☉, n. iiij.
sacch. albiss. ℥ii. M. exactè F. Pulvis subtilissimus,
Dosis ℥β. vel ultra.

Rx. ▽ cordialis Saxonie ℥ii.
scorzoneræ, XII. apostolor. Rolf. a. ℥j.
magist. perlar. plumosi, corallior. farinacei a. ℥β.
rotula manus χρ̄̄ perlat. q. s. ad gratum saporem.
In fictili. S. **Sonderbahr Stärck Träncklein.**

Rx. mistura contra infirmitates cordis Rolfinc. ℥j.
▽ boraginis, galegæ, acetosæ a. ℥iii.
prupi citri perlati, berber. corallis. a. ℥β.
bezoard. mineralis ℥β. confect. alkerm. ℥i.
de hyacintho ℥β. In fictili. S. ut supra.

In rotulis
appropriatum specificum tale
convenit.

Rx. sacchari albiss. in ▽ rosar. & violar. super igne ad volatum
cocti ℥ii.
magist. C.C. sp. ☉. parati, ℥i. corallior. perlar. a. ℥β.
moschi gr. iiij. f. l. a. Rotulæ. Dosis i. ii. vel iii.
pro unâ vice.

Rx. aeris

℞. *seris coagulati* ℥j.

⊖ *margaritar.* ℥℞.

Solutio fiat. S. *Perlenwasser*. Dosis à guttis x. xx. ad xl. in *▽ scordii vel cordiali Saxonie*.

℞. *flor. *ci* ℥i.

▽ *scordii* ℥℞.

M. S. *Sonderbahr Wasser*. Dosis gr. xxv. in haustu decocti hordei, vel julepo commiscenda.

CAMPHORÆ virtus præcellens est, & fortissima inter alexipharmaca non immeritò reponenda. Mista aliis liquoribus bezoardicis Areas fuligines coercet, & vi suâ diaphoreticâ expellit. Ejus virtute ornat *spiritum tberiacalem campboratum, misturam simplicem, alexipharmacam, elixir campboræ &c.*

Varia formularum genera alexipharmacarum & bezoardicarum exhibet *ordo & methodus Rolfinciana, libellus enucleatissimus & desideratissimus.*

QUANTITAS horum alexipharmacorum sufficiens esse debet. Magno morbo magna opponenda remedia. Magna interdum malignitas hisce sese immiscet febribus, hinc parva non sufficit dosis, nec una, sed armatis copiis hostis est oppugnandus.

TEMPUS exhibendi primi statim sunt dies, aliàs, cum invaluerit morbus, moram gessisse poenitet.

CAPUT LV

confortantia externa commendat.

EXTERIUS tum ad febrilem calorem contemperandum, fuliginosos vapores discutiendos, tum ad poros cutis relaxandos, tum ad naturæ vires refocillandas, partesque principes debilitatas confortandas TOPICA conveniunt, qualia sunt epithemata, olea, unguenta, balsama, linimenta &c. partibus principalioribus, cordi, pulsibus, temporibus adplicanda.

○

ALTE-

ALTERANTIA topica in morbi declinatione post crisin factam commodissimè adplicantur, aliàs in principio & augmento minùs commodè nequè tutò, omnium autem pessimè instante crisi eorum adplicatio cedit.

ROBORANTIA verò eaque tepida magis, quàm actu frigida semper cum fructu adplicantur.

Rx. *spec. pro epithem. cordis.* ℥i. *de gemmis frig.* ℥i.
flor. cordial. omnium. a. p. i. *ligni aloes* ℥℞.
camphora gr. vi.

Grossiusculè incisa, dividantur in duas partes æquales. Ex unâ sacculus fiat scutiformis, cordis regioni imponendus; ex alterâ sacculi duo pro pulsibus.

Rx. ∇ *carfunkuli,* *melisse,* *rosar. optima* a. ℥ij.
aceti rosacei, *bezoardici* a. ℥℞.
camphora gr. v. M. in fictili

S. Wasser zum Puls Säckgen

Rx. \odot *scorpionum Matthioli* ℥i.
melisse, *citri* ℞. *camphora* a. gr. x.

In vitro eleganti. S. Hertz und Puls-öhl.

Rx. *bals. antilimici Rolfinciani* ℥ii.

In pyxide stanneâ. S. Giefft/Balsam.

Plantis pedum adplicare solent mulierculæ nostrates ad refrenandum æstum *bolum albam vel lateam*, aceto madefactum, idque toties repetunt, quoties arefacta bolus.

Raphani magni frusta oblonga imponunt nonnulli, putantes calorem in sanguine circulando exteriora versùs ad se attrahere.

Riverius in observation. communicatis febrem malignam ex impositione cataplasmatibus *ex cochleis cum suis testis* contulis utrique pedis plantæ post binam sanguinis missionem fugatam refert.

BALNEUM AQUÆ DULCIS tam tepidum, quàm actu frigidum, antiquis *Galenii* tempore fuit in frequenti usu. *Tral-lianus* ejusdem commendat usum, dùm scribit: *λίπειν δε χρὴ τὰς καυσώδη καὶ Διὰ κατὰ νοσῶντας πυρετὸν, lavandi sunt, qui fevridâ* & *perar.*

per ardente febre laborant, in domo, ubi solium habetur tepente aqua plenum.

Nostrò tempore balnei usus in defuetudinem venit. Et, quæso, quis illud tali ægroto imperaret?

CAPUT LVI.

Symptomatum habetur ratio.

SYMP TOMATA, si valdè urgeant, ægrosque debilitent, magni sunt ponderis. Hinc talia propinanda medicamenta, quæ tùm ipsi morbo, tùm ejusdem symptomatibus resistere valent.

SITIS INEXPLEBILIS, caloris & siccitatis filia, cùm à nimio pulmonum provenit æstu, aëre frigidò attractò & crystallo ori indito mitigatur. Cùm verò à ventriculo, hepate aliorumque viscerum æstuantium intemperie ortum trahit, sedatur, remotis causis, à quibus dependet.

Ad sitim sedandam *aquam mulsam* coctam dare jubet *Hippocrates 4. de acutis t. 5.* quantum voluerit. *Galenus* laudat *cremorem hordei & aquam*, in quâ decocta sit *radix apii*.

Convenit *aquâ frigidâ* os colluere, sæpiusque iterare. *Crystallus* ore detentus sitim mitigat. Item *ribes & succus granatorum*. Laudatur, ▽ *fontana* cum *sirupo violarum* & aliquot guttis *sp. Aris* permista.

Crystallus mineralis, seu *lapis prunella* mira præstat in ▽ *Fontana* dissolutus, bibitus vel pro collutione oris adhibitus. Hòc ad *ziss.* cum ▽ *communi* assumptò sitim in ardente fuisse extinctam, narrat *Riverius in observ. commun. 24.*

LINGUÆ VITIA, ariditas, nigredo &c. & **FAUCIUM INFLAMMATIONES**, gargarismate vel oris collutione corrigenda. *Lapis prunella* his venit in auxilium, vel solus, vel aliis permistus.

Rx. $\textcircled{\text{O}}$ *anodynæ mineralis* ℞nini ℥ii. *sacchari violati tabulati* ℥ii.
O 2 M.F.

M. F. Pulvis, quò de sapiùs lambat æger in ardentibus, cum metus irruit anginæ.

Rx. ▽ *nymphaea*, *prunella*, *portulaca* a. ℥iij.
crystalli mineralis ℔lati ℥i. *ci gr. iiij.
sirupi mororum ℥ii. spir. Otri gr. x.

M. in fictili. S. Gurgelwasser in hitziger Haupt-
 Kranckheit.

Rx. *semin. cydonior.* *psyllis* a. ℥ii.
 ▽ *sempervivi*, ℥ij. extrahatur l. a. Mucilago.

S. Schleim zur Zunge / offte davon in den Mund zu nehmen.

DOLOR CAPITIS cum urget vel ventriculi, mitigandus anodynis, quorum τὰ μέν εἰσι ἰώμενα, τὰ δὲ παρηγορητικά, τὰ ἕν τῶν ἀνωλύτων, alia sunt sanantia, hoc est, causas auferentia, alia attemperantia, alia stupefacientia, autore Galeno de simplic. medicamentorum facult. cap. 11. & 12 meth. med. cap. 1.

VIGILIAE molestæ sunt ægrotis. In harum castigatione & somni productione liberales esse licet, prodigos autem esse non oportet, utrobique cautos in tempore & crebritate. *Narcoticorum* usus justò institutus tempore multum hîc locat auxiliî. Demulcet spiritus animales, ligat mobiles humores. In PRINCIPIO adhibita talia anodyna, materiam reddunt tardiolem & crudiolem; in STATU naturam turbant in coctione, quam aggressa est, crisinque impediunt. Commodissimè ergò & maximò cum fructu adsumi debent morbo ad declinationem vergente. Infaustæ exhibitionis exempla proponit *Ballonius librò 1. consilio 65.* Crebrius eadem adhibere minus consultum est, enormiterque peccatur.

Rx. pulv. hypnotici vegetab. *Rolsincii* gr. v vel vi.

In chartâ S. Stärckend, Schlass-Pülverlein.

Excellunt ♀ *narcoticum* ℔li, ejusdemque tinctura *Pars-celsi*.

*. *sir. nymphaea*, *papav. albi* a. ℥ß.

▽ *violar.* *lactuca* a. ℥i confect. de *hyacinto* ℥ß.

M. S. Linderungs-Säftlein.

Rx. ▽

R. ▽ *verbena, solani, rosarum, melisse* a. ℥iij.
sem. papav. albi ℥β. *nucleor. persicor. cerasor.* a. ℥β.
 f.l.a. Emulsio. Adde

Ⓞ *xiati fixati* ℥i.

M. in fictili. S. *Russerlicher Umschlag zum Haupt.*

Excipiatur fasciâ quadruplici lineâ, frontique adplicetur.

R. *unguenti de alabastro* ℥ii. *extracti opii thebaici* ℥β.
essent. croci orientalis gr. xi. Ⓞ *succini, angelica* a. gr. vii.
 M. in pyxide eleganti. S. *Schlaff Balsam.*

Pediluvia intemperiem humorum emendare valent, impetuofumque eorum raptum ad cerebrum refrenare. Præparari possunt ex *herbis cephalicis & aliis vulgaribus cum aliquot capitibus de papavere*, delirantibusque adplicari circa noctem.

Reliqua symptomata, quæ insequuntur, immoderatæ excretionis & alia ad leges indicationum sunt coërcenda & mitiganda.

CAPUT LVII

diætam naturalem comprehendit.

DIÆTA est, sine quâ medicamenta nihil prosunt. *Galenus de usu theriacæ ad Pamphilianum*, ἔδὲν ἕως ἐστὶν ἐν ἰατρικῇ βοήθεια, τὸ τὴν ἐξ αὐτῆς γινομένην ὄνησιν δύνασθαι ἐπιγαγεῖν, ἢ ἀντιπραττόμενον ὑπὸ τῶν κατὰ διαίταν, ἢ μὴ συνεργούμενον. *Nullum tam efficax remedium medicina habet, quod solitum auxilium afferre queat, si ei victus vel resistat, vel non adjuvet.*

NATURALIS DIÆTA VICTUS FORMAM ratione speciei considerat, & tenuem secundum suos gradus præscribit. In extremè peracutâ feбри, quæ primis quatuor finitur diebus, tenuissimus à principio statim indicatur victus, secundum præceptum *Hippocratis* 1. apbor. 7. ὄκθ μὲν ἐν κατὰ π' νόσημα, ἀντίκα τὸς ἐσχάτους πίνυς ἔχει καὶ τῇ ἐσχάτως λεπιοτάτῃ διαίτῃ αἰαγκαῖον ἡρέσασθαι.

Idem. Ubi morbus peracutus est, statim extremos habet labores, & extremè tenuissimò victu est utendum. Absolutè peracuta, exactè acuta & acuta simpliciter ita dicta febris pro ratione temporum, decretoriorum sunt excipiendæ vel tenuioribus vel crassioribus liquoribus.

Quoad SUBSTANTIAM cibus porrigatur *εύχουρον*, *εύπεριον*, gratus & suavis.

QUANTITAS victûs indicatur à virtute & robore concoctricis, ita tamen moderanda, ne peccetur in largâ exhibitione, & natura à *πέψει* humorum ad *πεπασμόν* ciborum avocetur. Inediam ferre nonnunquam conducit pituitosis; biliosis eandem perferre vix solent. Cibationem planè intermittere, non est consilium medicum, sed jusculò ægrum reficere expedit.

TEMPUS CIBATIONIS est hora minoris afflictionis, cum symptomata remissiora advertantur.

QUALITAS ciborum indicatur à febris hujus essentiâ, CALORE. Febrili hóc incendiò viscera mirum in modum torrefacta humidò & frigido refici gaudent victu. Hujus virtutis eminentiâ pollent præ reliquis *cremor hordei*, *ptisana bordeacea* & *avenacea*, quæ *passulis minoribus* in ∇ *rosarum lotis* juncta, febricitantibus salutare sunt. Jura pulli cum pane similagineò vel triticeò profunt. Conducit etiam *amygdaloga* ∇ *cichorii*, *rosarum*, *scorzoneræ* & c. paratum.

Piscibus ante statum vix dabitur locus. In declinatione lubentiùs admittuntur, unus tamen præ altero.

E volatilibus conceduntur *avicula*, quales *turdus major* & *minor*, *alaudæ*, *gallinæ juvenes*, *capones eorumque jura*. Vitentur *anserum anatumque carnes*. Ova *sorbilia*, recenter à *gallinis juvenibus* deposita, succò citri vel guttâ unâ vel alterâ *spiritus Oli* correctâ profunt.

Cibi nimium saliti, ut & acetò, melle & saccharo conditi nocent.

POTUS materia varia est, ejusdemque magna ratio. Cibum parciùs adsumentes ægri magis & crebriùs delectari se cupiunt potulentis. Nostris ægrotis largior omninò concedendus

du

us potus, nam æstuant nonnumquam adeò, ut videantur planè extorrefieri. Rigorosi nonnulli sunt & malè procedunt, qui illis omnem denegant potum.

Talis sit potus, qui refrigerat effervescentem sanguinem. *Alii* AQUAM SIMPLICEM commendant, ex autoritate *Hippocratis & Galeni*. *Nobis* tamen hæc pura non arridet, sed in locum ponimus AQUAM COCTAM cum hordeò, pasulis & pomò citri, superiùs delineatam.

CEREVISIÆ bonæ famæ hordeaceæ, non ex triticò coctæ, laudantur. Omnibus præripit palmam Numburgensis, & illa, quæ Halis Saxonum adpellatur *Keiderling*. Intritum panis filigineî in cerevisiam frigidam, eine *Biermehrde* / concedimus lubenter. Medicata cerevisia ex radice scorzonera, cichorii, CC. philosophicè vel Δ apertò calcinato, vel etiam rasurâ ejusdem, terrâ sigillatâ, additò modicò \ominus \odot \ddagger re correcti laudes meretur magnas.

VINUM nullò modò ante statum, præprimis biliosis temperamentis; pituitosioribus verò pro ratione circumstantiarum $\acute{\omicron}\lambda\iota\gamma\omicron\Phi\acute{\omicron}\epsilon\gamma\upsilon$ tenue, quod parùm fert aquæ, succò citri permistum in pauca præberi poterit quantitate. In declinatione largiùs conceditur.

Alia diætandi ratio per chirurgiam infusoriam, à suprâ laudato *Job. Daniele Majore* proponitur, quæ & hîc locum habere potest, cùm ægrotantium os, lingua & palatum reverberio quasi fuerint accensa, ægrotique neque medicamenta, neque alimenta vel potulenta assumere possunt.

CAPUT LVIII

leges diætæ vitalis & animalis
adnectit.

VITALIS diætâ requirit AEREM ad frigiditatem & humiditatem inclinantem, temperatum tamen. Domus vel locus si naturâ

naturâ non sit talis, arte parandus monitore *Galeno 9. meth. med. cap. 14.* inspersione ∇ & frigida, vel projectione florum ac germinum virescentium, humiditatem & frigiditatem ejusmodi producentium.

Caprius conclave iisdem conspergere jubet, autorque est, ut ardentibus febricitantibus propè os ponatur vas aquâ frigidissimâ repletum, quæ quoties incalescit, toties mutanda. Nequaquam autem manus in eandem injiciantur, aut laventur, ne calor ad cor propellatur. Corpora diligenter obtegantur, ne aëre externô constipatio pororum inducatur, transpiratioque Δ reorum atomorum prohibeatur.

Nostra mens est, ægros in locô mediocriter calefactô tutô posse relinqui, julepisque & aliis medicamentis refrigerantibus & humectantibus refici.

ANIMALIS reliquas res non-naturales complectitur. De SOMNO in ardentibus, & quô in locô is fieri debeat, innuit *Cos 6. epidem. comm. 4. t. 15.* ἐν θερμῶ, inquiens, φύσει ψύξις, ποτὶν ὕδωρ, ἐλαυνίειν, percalido naturâ refrigeratio, potûs aqua, quiescere. Et t. 16. ὑπὸ ἐν ψύχει σπιβεβλημένω, somnus in frigore vestibus lecto. Hoc *Galenus in comm.* eleganter explicat, dum calorem internum augeri inter dormiendum confirmat, maxime in iis, qui calore acris acquisitione abundant. Jubet hinc dormire in locô frigidô & vestibus benè cooperiri, ut aërem frigidum interiora versùs attrahant, qui calorem alterare queat. Vestibus & lectis cooperiendus æger, ut interna caliditas exteriora versùs propellatur.

Verùm de calidis hic sermo est solùm in genere. *Baltonius* tamen ad febricitantes aptè posse accommodari concludit *libro 2. consil. 31.*

Sanè consilium *Cos* non contemnendum. Hoc ægris levamen grande conciliaret, modò legibus subjectionis se accommodarent, nec unô impetu refrigerium hocce nudatis manibus ac pedibus, imò integris captarent corporibus.

Suademus itaque *καυσώδισιν*, ut intra cancellos sese contineant, jussuique nostro obtemperent.

Vigiliæ

Vigiliæ nimia sunt coercendæ, si mediocritatis leges non exorbitant, salutare esse solent.

MOTU nimirò se æger non defatiget, sed placidè agat. QUIES tutior est in principio ac statu, in declinatione verò modicum corporis exercitium conducit. *Ἀσώδεις inquieti compescendi, & ut tranquilli sint, admonendi.*

ALVUS quotidie officii sit memor sui; si subsistat, lenientibus suppositoriis aut aliis admoneatur. Eandem stimulant ▽ hordei cum passulis vel tamar-hendis cocta & pruna damascena. Ante statum si fluida fiat, malum præ foribus omen. In declinatione salutarem promittit eventum.

VENEREM febres à retento semine medicam implorare possunt. *κλινοπάλη ἰηθὲς τῶν πυρετῶν καυσωδεῶν, διὰ τῆς πέρμα- τῶν γινουμένων, ὡς περὶ ἀπὸ μηχανῆς προσηφάινεται.* *Veneræ lucta, ceu medicus affulget febris à seminali colluvie exortis, ceu singulare ad-miniculum.*

RECTUS attendendus usus. MODERATA sit. TEMPORIS ratione, febres nondum sint adultæ, sed in cunis adhuc vagientes, & in principio vires consistentes. HONESTATIS ratione illis convenit, quibus per sacras matrimonii leges licet.

ANIMI AFFECTUS immoderati virium sunt deperditores. Ira cane pejus & angue vitanda, igni enim oleum addit, flammamque excitat inextinguibilem. METUS MORTIS & dubii eventus semper solatio ad vitæ restaurationem excipiendus.

CAPUT LIX

præservationem ex chirurgiâ & pharmaciâ addit.

PRÆSERVATIO iisdem nititur legibus, quibus ipsa curatio, METHODO scilicet CURATIVA & INDICATIONIBUS. Respicit causas nondum facientes, inducere tamen valentes causam, humores alimentales & excrementitios, qui cum vel *quantitate*, *qualitate*, vel *quoad motum* peccant, sunt evacuandi, alterandi vel coercendi.

P

MA-

MATERIÆ præfidiorum hîc omne absolvunt punctum.

CHIRURGIA, si sanguis κτ̄ δύναμιν vel πῆξις ἀγέια in culpâ sit, venæ sectionem, quæ uti in actu curationis, ita in actu præser-
vationis multum præstat, præscribit. TEMPUS secandi depen-
det à deliberatione medici. Ex usu quoque esse possunt pro ra-
tione circumstantiarum *cucurbitule, scarificationes, fonticuli, vesi-*
cantia.

PHARMACIA evacuando & alterando plus spondet au-
xilii. Evacuat materiam vitiosam *lenientibus, purgantibus, vom-*
toriiis, sudoriferis.

MATERIÆ in ipsâ curatione assignatæ hîc quoque habent
locum. Vinum purgans sequens esse potest.

℞. *herb. cardui benedicti, scordii, centaurii minoris, melis-*
se a. Mß.

rad. cichorii exossati, scorzonera a. ʒß.
asari cum toto Mj.

flor. violar. acacia a. p. iij.

fol. senæ Alexandr. ʒj. gialap. resinof. ʒß.

rhabarb. Alexandr. ʒv. Fri albi francici ʒiij.

Ⓞ *purissimi ʒj.*

Concisa, contusa s. a. F. l. a. Nodulus.

S. Species zum Purgier/Wein/

Infundantur *cantb. ij. vel iij. vini generosi*, quò de infusò singulò
mane & post meridiem circa quartam bibatur haustus, usque dum
sufficiens secuta fuerit purgatio.

VOMITORIORUM laus magna est. Unicus vomitus de-
cuplo conducibilior hîc videtur habendus, quàm viginti deje-
ctiones, cum saburra biliosa in ventriculò latitans magna aliàs
causa hujus mali, ejiciatur.

SUDORIFERORUM egregius hîc est usus, non semel, sed
repetitis institutus vicibus. Cieri poterit iisdem, quæ in ipsâ
curatione sunt adnotata.

ALTERANDO præservant ab invasione causi tum *interius*
assumta, tum exterius adplicanda. INTERNA specifica omnia
sunt

sunt alexipharmaca. *Mitbridatium, Theriaca Andromachi* ad ʒʒ. ʒj. vel ʒiʒ. adsumta jejunò ventriculo præservant. Excellunt *elixir campboræ cum foliis ☉, antipestilentielle, spiritus theriacalis campboratus, mistura simplex, elixir proprietatis.*

Electuarium Orvietanum, ex Italiâ & Galliâ in Germaniam quod transportatur in pyxidibus stanneis, magnas habere doctes, experientia ante annum apud aulicos nos edocuit.

Præservationis gratiâ alia quòque concinnari poterunt medicamenta, licet non iisdem constant cum Orvietano ingredientibus, pari tamen passu viribus ambulant.

Rx. electuar. diascordii Fracastorii ʒij.
conserv. flor. citri, aurantium a. ʒʒ.
pulv. rad. angelica, gentiana rubra, diptami albi, bistorte a. ʒj.
perlar. ppt. ʒʒ. comalliorum ppt. ʒiʒ.
terra sigillata ʒʒ. C.C. Δ apertò calcinati ʒiʒ.
rob. juniperi ʒj. ☉ citri, angelica, ruta a. gt. X.
☉ campboræ gt. viij.
sirupi scordii, petasiditis a. q. s. f. l. a. Electuarium.

In pyxide latâ. S. præservier *Lattwerge*.

Dosis nucem avellanam vel castaneam accedat.

Parari etiam potest *acetum bezoardicum* intus & extus usurpandum, ex ingredientibus bezoardicis vegetabilibus. Ejus generis sunt *acetum scordii, angelica, zedoaria, tormentilla, cardui benedicti, &c.*

EXTERIUS profunt & præservant *inunctiones & balsama* ex oleis bezoardicis parata. Talia sunt *balsamum succini, citri, angelica, ruta, juniperi, antilimitum Rolfincii, naribus, cervici, temporibus, vertici, scrobiculo cordis, pulsibusque* illinenda, manè ante egressum.

CAPUT LX.

Diæta præservat ab invasione causi.

IN DIÆTA omne absolvunt punctum sex res non-naturales. Contagiosus ut plurimum existit causus, malignitatem secum ferens.

CIBUS & POTUS mediocriter sumendus. Cibi sint boni & laudabiles, benè aromatisati. Vitandi, qui facilè putrescunt. Cerevisia bibatur benè defecata & vinum bonæ famæ.

AEREM, qui sibi timet, tanquàm causam communem, vitet, præsertim eandem domum vel locum, qui hujusmodi febricitantes alit, fugiat. Qui verò ægrotos visitat, resque eorum agit, corrigere eundem poterit assumendo frustulum de myrrhâ rubrâ, de radice angelicâ, zedoaria, Ireos florentina, benlenii, idemque in ore gestando & sensim & sensim dentibus comminuendo. Delicatulis sequentes parari poterunt rotulæ.

℞. *spec. liberant.* diambrae a. ʒj.
extracti angelicæ, juniperi a. ʒß.
sacchari purissimi in ∇ *cordiali Saxonia. q. s. soluti* ℥ß.
 ʒʒ *angelicæ, caryophyllorum, citri a. gt. x.*
 f. l. a. rotulæ. S. *Bewahrt Kuchlein.*

Dosis ij. iij, vel iiij. Matutinis & pomeridianis horis ante exitum sumendæ.

Majorem adparatum talium formarum exhibet *methodus Rolfinciana* sæpiùs citata.

SOMNUS & VIGILIAE debitò se habeant modò.

MOTUS nimius vitetur, agit humores & disponit ad incendium. *Mediocris* à putredine præservat, sanguinemque stagnantem refocillat. **QUIETIS** leges observandæ.

RETENTA ad naturalem exitum sunt disponenda. **ALVUS** voto respondeat; sin minùs admonenda lenientibus, vel *pilulis Rolfincianis trium regnorum, Glassianis, Francofurtensibus*, vel aliis.

Sanguineis multò abundantibus semine, ne putredinem acquirat, sanguinemque inficiat, veneri litare concessum est, sanitati que suæ hòc modò multos consuluisse constat. Itatamen exercenda, ut moderata sit & honestatis leges non interrumpat.

ANIMI PERTURBATIONES sunt fugiendæ & præ omnibus *metus, terror, anxietas & ira*, quæ sola nonnunquàm causam excludit.

SOLI DEO GLORIA.